COMMENTARII

DE REBUS PERTINENTIBUS

AD

ANG. MAR. S. R. E. CARDINALEM

QUIRINUM

PARTIS SECUNDÆ

LIBER PRIMUS.

Secundum Exemplar, quod primum prodierat

BRIXIAE

Ex Typographia JOANNIS-MARIAE RIZZARDI,
Recusus

M D C C L.

LECTORI BENEVOLO.

Post trium dumtaxat mensium intercapedinem, eamque nondum completam, en Tibi novum exhibeo Historici mei Commentarii Volumen; nam hujus editionem ut festinarem, stimulum animo meo addidit eorum humanitas, qui primi Voluminis lectionem sibi haud mediocriter jucundam accidisse pluribus mihi testimoniis comprobarunt. Quod autem isti maximopere commendandam susceperint, quam in meis narrationibus, unde Volumen illud contexitur, emicare, & dominari se conspexisse affirmarunt, simplicem, nitidamque veritatem, non

ab omni tantum fuco alienam, sed præterea nihil prorſus ſollicitam easdem narrationes luce illa inſpergendi, quæ ipſis alieno calamo demandatis fortaſſe non defuiſſet; inde vehementius adhuc raptum me ſenſi ad opus illud omni abjecta cunctatione proſequendum. Id vero dum agerem, haud minori certe ſtudio, ac antea, eidem veritati inſervivi, quæ ſibi propterea in poſterum quoque aptari promerebitur Tibullianos eos verſus,

Ipſa placet, quamvis inculto venerit ore,
Nec nitidum tarda comſerit arte caput.

Vix autem credas ei ipſi feſtinationi alacrius perſequendæ adjumenti plurimum contuliſſe morbum quemdam, qui jamdiu lectulo me affixit. Imas ſiquidem utriusque pedis partes, & præcipue circa malleolos, contraxit, corrugavit, & quodammodo aduſſit jugis mea ad ignem commoratio per eos ſex, aut ſeptem menſes, quibus hoc anno hyemalis tempeſtas perduravit; jugis, inquam, & magnopere incauta, quod easdem partes non ignis tantum, ſed una ſimul pellis urſinæ ipſas undique involventis calore tentari permiſerim. Hic igitur morbus

bus adeo benignæ indolis fuit, Deo favente, ut valuerim lecto detentus studiis plus temporis indulgere, quam iisdem largiar, dum pedibus meis consisto; non unum enim, ut in more habeo, sed bina singulis hebdomadis folia prælo consignavi. Hispanicum illud effatum huc facile referas, *Alcança fuerça de la flaquezza*; ego autem Pauli Apostoli illud usurpabo, *Cum infirmor, tunc potens sum.* Utraque ista causa, quam modo exposui, operis properandi, aliena scilicet humanitas, & mea ægritudo, æque conduxit ad ejusdem operis molem augendam, indeque istud ab ordine, quem ipsi præscripseram, deflexit, quemadmodum Monitum ad calcem hujus Voluminis apponendum declarabit.

Hoc vero loco opus est, ut Te, Lector, commoneam, nodum in scirpo, ut ita loquar, mihi quærendum fuisse, ut germanum Natalis mei diem investigarem. Hunc non alium fuisse jamdiu mente retinebam, quam 20. Martii an. 1680. Eundem præferunt libelli omnes, qui singulis annis Romæ eduntur, *Notizie &c.* eundemque designant paris ra-

tionis libelli alibi cusi. Libellus autem, qui frequenter Venetiis cuditur, *Libro d'oro &c.* parum sibi constat in eo die assignando, nam (ut loquar de iis tantum, quos ob oculos habui) editus ibidem an. 1730. & an. 1738. diem indicant 16. Martii; diem vero 30. ejusdem mensis editus an. 1742., & an. 1748. Dum anxius ita forem in ea epocha figenda, haud defuit, qui mihi ad memoriam revocaret contentiones exortas inter tot oppida de Homeri stirpe, iis ferme consentaneas, quibus secum invicem certabant ad Natale meum sibi vindicandum unius mensis dies. Ad dirimendam tantam litem Venetiis nudius tertius tandem advenit authentica Baptismatis mei schedula, in qua apertum testimonium suppetit, ortum meum penultimo sæpius memorati mensis die contigisse. Quare litura obducatur, oportet, numerus prima linea primi Voluminis hujus Commentarii ad diem natalis mei designandum adhibitus. Quoniam tamen vagatio hujus diei, quam adnotavi, haud tanta fuerit, ut iste mensis Martii limites unquam transilierit, id factum dixerim, ut poëtice lo-

quar,

quar, ne a parente suo Quirinus (nam hunc veteres *Martigenam* appellarunt) divelleretur.

Inditum vero mihi fuisse in Baptismate una cum Hieronymi nomine nomen etiam Quirini, dum schedula jam jam memorata mihi, ejus rei prorsus inscio, fidem fecit, miraberis profecto, mirorque & ipse quamplurimum, eandem memoriæ meæ repente suggerere potuisse Epistolium a BENEDICTO XIV. ferme ante tres annos, nempe 27. Octob. 1746. ad me datum, dum Roma Brixiam remeaturus forem. Ejusdem initium ad illud ipsum Quirini nomen refertur; namque hujusmodi est, *Dicendo Noi l'Uffizio Divino, lo diciamo secondo il rito della Basilica Vaticana, di cui siamo stati Canonico, e Domenica prossima celebrandosi l'Ufficio di S. Quirino aspettiamo nel dopopranso il nostro Cardinale Quirini per dargli gli ultimi abbracci, giacchè nell' ultima udienza ci disse, che voleva poco dopo partire da Roma.* Scatet pari suavitate idem Epistolium, seu dum Sanctitas Sua gratum sibi fuisse commemorat Supplementum, quod ipsa a me poposcerat, ut

integra Epiſtolarum mearum Italicarum Decade potiretur, ſeu dum loquens de libro, quem typis jam paratum habebat, *Annotazioni ſopro le Vite de' Santi Bologneſi*, hæc tradit, *Non manchiamo di render giuſtizia* (in eodem libro) *al noſtro Card. Querini, non meno per il zelo per il detto Beato* (Nicolaum Albergatum deſignat) *che per le vere erudite ſcoperte fatte da eſſo à pro del predetto*. Specimina tantum hæc ſunt immenſæ bonitatis, qua jugiter BENEDICTUS XIV. erga me uti conſuevit, quemadmodum lato calamo comprobabit Pars utltima hujus Commentarii. Vale.

P. S. Hæc ſcripſi relictis quidem lectuli mollibus ſtratis, at ægre adhuc pedibus conſiſtens; nusquam tamen, ut confido, in Volumine, quod modo edo, clauda fides apparebit.

* * * *
* * *
* *

ELEN-

ELENCHUS

EPISTOLARUM, ET MONUMENTORUM,

Quorum præsertim fide innituntur narrationes hoc Volumine comprehensæ.

EPISTOLÆ.

MONU-

MONUMENTA IMPRESSA.

LA-

IN-

INDEX CAPITUM *LIBRI PRIMI* SECUNDÆ PARTIS.

CA-

CA-

CAPUT XIV.

CAPUT XV.

CAPUT XVI.

PAR.

PARTIS SECUNDÆ
LIBER PRIMUS.

De rebus poſt repetitam Italiam geſtis a menſe Majo an. MDCCXIV. usque ad diem 17. Aug. an. MDCCXL.

CAPUT I.

De itinere Janua Venetias usque confecto, inviſisque inter illud agendum P. Abb. Benedicto Bachino, & Ludov. Ant. Abbate Muratorio, ac demum de pluribus literis e Veneta urbe in Galliam transmiſſis, reſponſisque inde acceptis.

POſtquam me Janua detinuiſſet per tres dies, quos jucunde tranſegi in Monaſterio S. Catharinæ, Sodalium meorum conſuetudine perfruens, ac multa cum illis colloquens de mea in Galliis manſione, & nonnulla viciſſim ab iisdem perquirens de turbis quibusdam inter Remp. Januenſem, & Romanam Curiam recens excitatis a P. Granello Ord. S. Franciſci, & ejusdem Reip. Theologo, mari me dedi, deſinente menſe Aprili, Liburnum petiturus, indeque Florentiam, & Florentia Venetias. At parum benigno ventorum af-

flatu usus, terram capere adactus fui in oppido Sestri, quod *Orientis* dicitur, & præterea ibidem morari per integram hebdomadam. Ea autem elapsa, adversoque vento flare pergente, tædio captus consilium cepi, binis equis diurna mercede conductis, juga montium superare, aditisque Pontremolensi arce, Tariana valle, & Foro novo, Parmam usque pervadere. Eo advectus, Cœnobiumque ingressus S. Joannis Evangelistæ, animum statim adjunxi ad conscribendam Forojuliensi Episcopo Epistolam, qua mei illius itineris vices eidem exponerem. Responsum, quod ab eo retuli, integrum hic subdam, quod nulla propemodum sit linea, quæ salibus, lepore, & facetiis destituatur. *Vôtre lettre, Monsieur, du 2. de ce mois de Parme ne me fuit rendue que hier, & il faut sans doute qu'elle ait essuié le même mauvais temps que vous dans sa route, mais je n'ai pas laissé de lui faire un aussi bon accueil que si elle avoit fait plus de diligence. Je continüe à me servir de la permission que vous me donnés de ne pas vous écrire de ma main, de peur que vous ne la plantassiés quelque part sans la lire si elle vous coûtoit trop à déchifrer. Je vous en envoie une de Madame de Torcy que vous trouverès d'une datte un peu ancienne, mais je ne sçavois où vous l'addresser, à moins que je n'eusse mis comme le grand Thresorier fit pour Milord Peterboroug,* „au Reverend Pere „Qui-

„ Quirini en Italie où il se trouvera „. *Je trouve que vous avés deja beaucoup profité dans vos voiages , & qu'ils sont très propres à former l'esprit, car vos citations sont un peu meilleures que les premieres , & je vous aurois fait monter en Rethorique , sans un petit sollecisme qui vous est échapé par malheur en citant un vers de Virgile. Vous avés mis ,* Quantum lenta solent inter viburna cupressus , *& il faut , ne vous en deplaise ,* Cupressi. *Je ne suis pas faché de corriger vôtre Theme à fin que vous en profitiés une autrefois. On n'y regarderoit pas de si prés à Valauri , & je serois aussi plus indulgent , si vous en étiés Abbé. Je reviens à Madame de Torcy , qui m'a fait une très aimable réponse , & que je trouverois encore plus aimable si elle ne me parloit pas tant de vous. Vous vous faites aimer* ab hoc & ab hac. *(Cecy n'est pas de moi au moins , mais d'un fort joli Sonnet de bouts rimés) & si vous étiés chargé d'autant de chaines que vous en avés laissé aux autres en France , l'Elephant blanc du Roy de Siam ne seroit pas assés fort pour vous porter. Si vous n'estes pas content de cette expression , j'ajoûterai que je ne sçai si vous ne fairiés pas couler à fonds le Bucentaure de Venise en cas que vous fussiés monté dessus. Je vois , qu'elles ne vous empechent pourtant pas de franchir legerement les plus hautes montagnes, & il faut qu'elles ne vous pesent pas beaucoup. Serieusement , vous estes honoré & aimé plus qu'aucun étranger , qui soit jamais venu en Fran-*

ce, & même plus qu'aucun François. Je le sents pour moi même plus que personne, & je dis souvent. „Cur tibi longinquos libet insanire furores? „ *Mille choses me rappellent le regrêt de vous avoir perdu. Si vous étiés icy, vous me fairiés ma réponse à une lettre latine de douze pages, que j'ai reçû de nôtre cher & incomparable Cardinal, & vous m'aideriés à achever mon Mandement que je crains toûjours d'exposer au public dans le deschainement où on continüe d'estre pour. tout ce qui porte ce nom. J'ai été plusieurs fois tenté de l'abandonner.* Non tamen ausus eram male natum exponere fœtum - Ne mihi displiceant, quæ placuere tibi. „ *C'est vous, qui m'avés donné courage, & je m'en prendrai à vous s'il ne reussit pas. Le Pere Granelli, par ce que vous me mandés, n'a donc trouvé moïen de se rendre illustre, que* magnis odiis, *& je m'en étois déja un peu douté. Nous attendons l'Instruction de M. le Card. de Noailles, qu'il a remis à Messeigneurs les Cardinaux Destrées, & de Polignac sans recuser les six Commissaires de l'Assemblée, ni même M. de Meaux, pourveu que ce ne soit pas à titre de Commissaire. Je souhaite ardemment, qu'on puisse en être content. J'ai fait autre fois la même route que vous de Sestri à Parme, & en ce temps là il étoit grand bruit de bandits dans toutes ces Montagnes. Il faut que vous ayés passé à Fornou, & je voudrois que vous y eussiés vû une inscription en caractere romain,*

romain, mais dont les mots étoient inexplicables. Je la mis ſur mes tablettes, & les plus habiles gens n'y entendirent rien. J'attendrai de vos nouvelles de Veniſe avec impatience, & je fairois conſcience d'entamer une 5.^{me} page; ainſi, Monſieur, je finis tout court par la formule ordinaire, mais très ſincere que vous ſuppléerés de vous même, faute de papier.

Parmenſi urbi, Monachisque inprimis hoſpitibus meis vale dicto, Rhegium perrexi, deinde Mutinam, Mantuam, Ferrariam, ac tandem Venetias adivi. Bachinus, Cœnobii Rhegienſis S. Proſperi Abbas, & Ludovicus Muratorius, Ducalis Bibliothecæ Mutinenſis Præfectus, integri tridui moram ſibi a me dari ſinguli popoſcerunt, eorumque deſiderio libenter ſatisfeci, quod magno in pretio ſingularem utriusque eruditionem haberem. Tot tantosque cum doctiſſimis iis duum-viris ſermones commiſcui, præſertim de peregrinationibus meis, ut quotquot nobiſcum aderant nullum unquam finem iisdem faciendum putarent. Aderat, & quidem haud raro, ut bene memini, Pater Inquiſitor Ord. Prædic. isque, quum facetiis, incolumi tamen gravitate, abundaret, veluti Magiſtratus ſui authoritate uſus aliquando propoſuit, præſcripſitque, ut ad clepſydram colloqueremur. At quoniam paſſim eveniebat, ut ad plures clepſydras

 nobis

nobis dandas invitus ipſe arbiter adigeretur, ſemel, iterumque excanduit, in hæc verba erumpendo, ſemota clepſydra afferendum eſſe cereum Paſchale, nec ipſum tamen juſtam colloquiis noſtris menſuram præbiturum. Mantuam, & Ferrariam cito transgreſſus Venetias advolavi, ibique qualem, quantamque voluptatem ceperim ex conſanguineorum amplexibus, quisque, me etiam tacente, facile intelliget. Placuit mihi tamen, potius quam in paternis ædibus, domicilium ſumere in Cœnobio S. Georgii Majoris, otiumque eo in loco ſtatim nanciſci curavi ad literas aliquot Lutetiam exarandas, ac præcipue ad Cardinalem Deſtrèum, ad Nuncium Bentivolum, ad Fenelonium Archiepiſcopum, atque ad Antiſtitem Forojulienſem. Poſtremum hunc Parmenſibus jam literis conveneram, quas paulo ante indicavi; at a reliquis veniam petere opus habui, quod ſi'ens Italicum iter, ab Januenſi ſcilicet portu ad Venetum, emenſus fuiſſem. Quare, ut a Deſtréo incipiam, ſilentium illud benevolis hiſce verbis increpavit, literis meis reſponſum faciens, *J'eſtois, Monſieur, un peu ſcandalizé de voſtre ſilence, & en verité il a trop duré, mais je Vous avoue que j'ay eſté ſi aiſe de vous trouver depuis Frejus juſqu'à S. George* el Major, *que j'ay ſupprimé les gronderies que j'avois preparées, & je me rejouis de tout mon cœur du deſſein que Vous avés entrepris,*

trepris, & que vous vous disposés d'aller exécuter à Rome. Il est grand, noble, demande le genie, & la lecture dont vous estes rempli, & convient si bien à vostre vocation. Quelque éloignement que vous ayés pour le sejour de cette Cour, vous ne pouvés travailler à cet ouvrage dans un lieu, qui vous puisse fournir plus de secours, & de commodités pour le bien faire que Rome. Indicat hisce verbis delatam mihi in Comitiis generalibus Præsulum Casinensium habitis Patavii ante paucos menses provinciam Annales Benedictinos Italiæ conscribendi; exhibetque deinde amantissime omnem operam suam, *Si Vous croyés* (inquit) *que je puisse en ce pays Vous estre propre à quelque chose, soit par rapport à l'ouvrage que Vous conceves, soit à toute autre chose, vous trouverès en moy toute la confiance, & la cordialité que vous merités.* Ac tandem subdit, *On travaille de depuis deux mois à reconcilier Messieurs les Cardinaux de Noailles & de Rohan, & en les reunissant* „ridurre „li Vescovi di Francia all' unanimità circa „la Constituzione. Il Cardinal di Polignac, „ed io ci siamo studiati di far del bene, si „è operato con zelo, non dispero però „ancora del successo, ma non spero troppo. Lei mi avvisi del tempo, che pensa „di partir per Roma„; *& croyés je vous en conjure, que je suis parfaitement à vous.*

Bentivolus, postquam haud minus suaviter quam Destrèus de meo illo silentio

conqueſtus fuiſſet, ſuavius adhuc ludit in Hiſtoriographi munus, mihi, ut ſuperius dixi, concreditum Senatus Caſinenſis auctoritate; quare ſcribit, *Riconoſco il Padre Iſtorico dal fluido, ed eloquente ſtile della ſua le[illegible]tera, e dal ſuo „parlar facondo, luſinghiero, e ſcorto„ e dalla dolcezza, con cui ſa condire le ſue querele, riconoſco in lui quel tal[illegible]i-ſto di diſcretezza e di verità, che ſi ric[illegible]d un Iſtorico per deſcrivere i fatti come ſon ſeguiti, ſenza molta amarezza, e ſenz' offend[illegible] quei che poſſono aver ancora per retaggio qualch[illegible] intereſſe. Ma per dir vero vorrei veder impiegata la di lei penna in un ſoggetto più vaſto, e che più eccitaſſe la curioſità degl' ingegni Eruditi, e Politici, imperocchè per molto conſiderabili che ſieno gli avvenimenti di un Ordine così illuſtre, e che ha fatto tanta figura nel mondo, e che ci ha avuto tanta parte, pochi ſaranno i curioſi di leggere l' Iſtoria Benedettina, e dubito che un' opera, che ſarà per ſe ſteſſa eccellente, non corra l'infelice deſtino di reſtar confinata ne' Chioſtri, e nelle Cocolle.* Deinde tranſitum facit ad teſtandum mihi acerbiſſimum mœrorem, quo premebatur ex Gallicanis turbis magis, magiſque in dies invaleſcentibus, hisque verbis ſuam Epiſtolam concludit, *O bei lidi dell' Adria! O ſanto aſilo di tranquillità, e di ſicurezza! Quanto invidio il voſtro ſoggiorno! E quanto volontieri in voi ricovrareimi in Porto dal doppio mare dell una, e dell' altra Corte! Ma non più ormai,*

non'

non più, che già questa lettera comincia ad essere estremamente lunga, e troppo la distolge dalla continua lettura delle sue Croniche per romperle la testa de' miei guai &c.

Tertio Fenelonius, chorda semper oberrans eadem, quam scilicet tangere Christo magistro didicerat, meis literis ita rescripsit; *Je ressens, Mon Reverend Pere, une veritable joye en lisant la lettre du* 10. *d'Aoust, que Vous m'avez fait l'honneur de m'écrire. Je remercie Dieu de ce que vous étes arrivé en santé parfaite dans vôtre patrie, & il me tarde d'apprendre vôtre voyage à Rome. Vous pourrez y rendre compte de ce que vous avez vû de prez dans un païs, où les esprits sont violemment agitez, & où le vaisseau est en grand peril. Conservez le calme chez Vous,*

„Vivite felices, quibus est fortuna peracta
„Jam sua: nos alia ex aliis in fata vocamur.
„Vobis parta quies; nobis maris æquor arandum.„

Mais il ne faut pas que la tranquillité des Eglises d'Italie endorme ceux qui doivent veiller sur le troupeau universel. Le remede doit venir d'eux. Comme c'est la paix du centre de la catholicité, qui doit se communiquer à touts les membres de ce grand Corps, les membres de ce Corps ne peuvent point être dans le trouble sans que le centre en souffre. Il faut

Vous dire ce que Saint Augustin disoit à Aurelius, „Ecclesia in multis patitur, in mul„tis gemit . . . . . multa sunt quæ de vi„ta nostra, & consuetudine deflerem, „quæ nollem per litteras ad Te venire, si „inter cor meum & cor tuum ulla essent „ministeria præter os meum & os tuum. „ *J'ay écrit selon mes foibles lumieres pour developper le système des Novateurs & pour le refuter. J'avois pris mes mesures à fin que Vous reçussiez à Florence un exemplaire de mon ouvrage. Mais puisque Vous n'y arriverez que sur la fin de l'année, je tacheray de faire en sorte, qu'un exemplaire aille tout droit à Venise. Ce qui m'embarasse est la depense du Port, que je voudrois vous épargner. Je Vous supplie de me mander un moyen général de Vous envoyer toutes choses à peu de frais. Vous aurez aussi le Mandement que j'ay fait pour recevoir la Constitution, où je releve autant que je puis l'autorité du Siege Apostolique sans donner de prise à la critique de ceux que cette autorité incommode. Je prie Dieu qu'il Vous remplisse de son esprit de simplicité & de force, à fin que Vous ne suiviez ni vôtre goût naturel, ni vôtre curiosité pour la science, ni le plaisir de l'esprit, ni celui de la societé avec les personnes sçavantes, mais l'enfance de la creche, & la folie de la croix.* „Nos stulti „propter Christum. Vos autem prudentes „in Christo. *Priez pour moy, Mon Reverend Pere, & honorez moy toûjours de vôtre ami-*

amitié. „Mihi autem decretum eſt te amare, „te ſuſpicere, te colere.„

Fleurius quarto loco a me ſuperius nominatus, hujuſcemodi ad me Epiſtolam dedit, quam jure merito dixerim arvi ſpeciem referre, vere novo omnigenis floribus decorati. Ea ita ſe habet, *Je ne ſçai, Monſieur, par quelle voiture eſt venüe la lettre, dont Vous m'avés honoré du 7. Juillet, mais ce n'eſt pas ſeurement ſur les aisles du P. Timothée,* Capucin indigne, *mais très digne courrier. Elle n'eſt arrivée juſqu'à moi, que depuis huit jours, & il faut aſſurement, qu'Elle ait fait le tour du monde, ou qu'on lui ait fait faire quelque part quarantaine, comme venant d'un lieu ſuſpect. J'envoiai d'abord à Madame la Marquiſe de Torcy celle qui étoit pour elle, & je ne puis l'accompagner d'une des miennes, parce que je prenois dans ce tems là les eaux de Valx. Je vois que vos citations s'élevent toûjours par degrés, mais je ne ſçai ſi Vous pretendés des loüanges de moi pour vôtre axiome Scholaſtique. Il ſent un peu la poudre de l'école, de la quelle je ne dirai pas comme de celle des jeux Olimpiques* „non indecoro „pulvere ſordidum„. *Du reſte les* Eſtres *qui viennent de vous ne peuvent eſtre trop multiplié, & l'axiome n'eſt point fait pour eux. Puiſque vous m'attaquez ſur la Grammaire, & que Vous me faites des queſtions pour m'embaraſſer, je vais tacher d'y répondre en peu de mots. Les Euganeens ne ſont point de tout*

les

les peuples, parmi les quels Vous habitez & ils estoient beaucoup plus dans les montagnes. Antenor n'est point le fondateur de Padoüe, mais plustot de Bergame, ou de Bresse. Padoüe est accoûtumée à voler tout ce qu'elle peut aux étrangers, tesmoin le pauvre S. Antoine, qu'elle usurpe si tiranniquement sur Lisbonne, & je ne doute pas que dans 200. *ans elle ne nous dérobe aussi feu Patin, & le P. Serry. D'ailleurs Antenor n'estoit qu'un drolle, qui vouloit toûjours nager entre deux eaux, il avoit menagé les Grecs, en cas qu'il fussent les plus forts, il estoit grand oncle de Francus, dont nous descendons en droite ligne, mais il n'estoit pas si honneste homme que lui. Le Timavus n'est point la* Brenta, *mais un petit ruisseau chetif, qui ne vit pas deux lieûes durant, & il est dans le Frioul, mais Virgile à la maniere des Poetes en a voulu faire un fleuve superbe pour faire sa cour à ses voisins. Aucun Scoliaste ni Commentateur n'avoit jamais bien entendu cet endroit de Virgile, & je puis bien parler ainsi aprés l'exemple de M. Dacier dans ses notes sur Horace. Venise doit sa fondation aux Bretons, & celà est clair. Une douzaine d'habitans de Vannes ayant bû du* profeq *par hazard allerent habiter les lieux où il croissoit, & s'étendirent ensuite jusqu'à vos Lagunes, aux quelles ils donnerent leur nom, & de là vient cette grande amitié, qui a estée si long tems entre vôtre Republique, & la France. Consultez plustôt Pomponius Mela, & il*

Vous rendra raiſon de ce changement. Il ne me reſte plus que Vous expliquer le Patavinitatem *reproché à Tite Live. Ce n'eſt autre choſe, ſi ce n'eſt que ſon Latin ſentoit un peu le terroir de Padoüe, & de la vient le mot de Patois, que Vous n'entendez, peut eſtre, pas, mais qui veut dire un François corrompu. Tout cela eſt plus clair que le jour, & ſi Vous en doutez, j'en fairai cinq Diſſertations de cent pages chacune, que je Vous enverrai par la poſte. Je me garderai bien d'en uſer de meſme pour mon Mandement, qui paroit il y a deux mois, & au quel Vous avez porté bonheur. Il a aſſés bien reuſſi, & j'eſpere que s'il n'eſt pas loué à Rome, au moins n'y trouvera-t-on rien à redire. Le Cardinal Zonzodary en a répondu par avance, & il a été ſur tout content* de la data. *Si Vous allés à Rome, Vous y trouverés le Mandement de M. le Cardinal de Noailles, qui y a été renvoyé de concert avec toutes les parties. C'eſt M. le Cardinal de Polignac qui s'eſt chargé, & qui y a fait ſes remarques. Je crois le courrier parti preſentement, & Dieu veuille que vos Romains parlent, ou du moins entendent bien le François. Les ſuites d'une deſapprobation ſeroient ſi terribles, qu'elles me font peur par avance. Il faut Vous dire un mot de la pauvre Madame de Torcy, dont vous n'avés pas ſcue l'extremité cauſée par une fauſſe couche. Elle n'en eſt pas encore remiſe, & elle eſt toûjours très languiſſante &c.*

In-

Injecta a Fleurio hic, atque superius Marchionissæ de Torcy mentio monet me, ne recitare omittam Epistolam, quam ab eadem Venetiis accepi. Data est ex Fontebellaqueo, isque ipse locus argumentum præbuit officiosis iis argutiis, quas statim Epistolæ ejus initium depromet, *J'ay receu, M. très Rev. P., la lettre que Vous m'aves fait l'honneur de m'escrire 7. Juillet, mais je l'ay receue seulement depuis que nous sommes icy. Je ne comprens pas ce qui peut avoir causé ce long retardement à son arrivée, si ce n'est que M. de Frejus ayant scu à quelle extremité j'ay este malade cet Eté n'ait voulu attendre pour me l'envoyer le retablissement de ma santé. Peut estre aussi, n'est ce qu'une suite de ces hazards, qui arrangent jusques aux plus petites choses de ce monde, qui a voulu que vostre lettre ne me fust rendue, que dans ce lieu mesme, ou j'ay eu le plus long tems l'honneur de Vous voir, de Vous connoître, & d'admirer tous ces rares talents, que Vous avies pris tant de soin de renfermer dans les étroites bornes du Cloitre. Il me paroist par le projet, dont vous avés la bonté de me parler, que Vous ne perdez pas de vûe cette coûtume, & que si Vous voulés bien connoître Rome, Vous ne voulés pas luy laisser le temps de Vous connoître. Rien n'est plus beau que vostre dessein, & rien n'est plus heureux pour luy que d'estre entrepris par Vous. Je ne vois à tout celà que le P. Mabillon*

billon qui puisse perdre, mais vraisemblablement il est en lieu, où l'emulation, & la gloire ne porte plus sur les choses de ce monde. L'ouvrage que Vous allés entreprendre va bien encore redoubler ma douleur d'estre incapable d'entendre une langue si fertile en merveilles de l'esprit, & je joindrai aux regrêts de mon ignorance sur le Poeme de M. le Cardinal de Polignac de ne pouvoir prendre d'autre part à ce que Vous allés composer, que le plaisir que j'auray de l'entendre louer de tout le monde. Pour revenir au Poeme de M. le Cardinal de Polignac, dont Vous paroissés avec raison curieux de sçavoir des nouvelles, les Conferences de l'Abbaye S. Germain l'ont fort suspendu, mais elles meritent si bien les louanges que Vous donnés à ce Cardinal sur son erudition, sa sagesse, & son zele à travailler à la paix en soûtenant en mesme tems l'honneur du S. Siege, qu'il ne faut point avoir regrêt à ce retardement. Il conte bien, & desire fort, quand il aura le tems, & l'esprit assés libre pour cela de reprendre cet ouvrage, & assurement il n'y a personne de qui il souhaite plus, qu'il soit approuvé que de Vous, Mon Rev. P. de qui il estime le jugement, & le goust comme il merite de l'estre. Je luy ay fait part des marques obligeantes du souvenir, que Vous conservés de luy, il Vous en est tres sensiblement obligé. J'ay les mesmes remercimens de Vous faire de la part de Mon Frere. Si l'on pouvoit regrêter l'ennuy du sejour de Venise

nise pour un Ambassadeur, il l'auroit assurement fait dans l'esperance d'avoir l'honneur de vous y voir. Nous conservons tous de vous une idée qui rend ce sentiment facile à croire, & moi en particulier je le comprens plus aisement que personne. Vous me feries un grand tort si vous n'en esties persuadé, & si vous ne me feries pas l'honneur de me compter &c.

Recensendæ modo supersunt, quas pariter Venetiis accepi, Renodotii, & Montfauconii literæ. Suis hæc ad me conscripsit Renodotius, *Il y a deja un temps considerable, M. R. P., que je n'ay pas eu de vos nouvelles, & ce que je Vous en dis, n'est pas pour me plaindre de vostre silence. Je sçais ce que c'est que les voyages, & j'espere que quand Vous serez dans un plus grand repos, Vous me fairez sçavoir quelque fois que Vous ne m'avez pas oublié. On m'a dit, que Vous deviez aller à Rome aprés quelque sejour à Florence. Il me semble que ce n'estoit pas de vostre premier systeme, mais Vous aurez apparemment pris bon conseil. Vous y essuyerés bien des questions sur ce pais cy, dont je vois par le peu que j'en apprens qu'on donne des estranges informations &c.* Montfauconius autem has ad me dedit, *Vous me grondés toujours, Monsieur Quirin, & Vous ne faites pas attention qu'on ne peut écrire si regulierement à un homme, qui ne tient pas en place, & qui a tant de peine à planter son piquet. Je n'ay pas jugé à propos*

de

lire l'article de M. l'Abbé Passionei à M. l'Abbé de Longuerue de peur qu'il ne dechargeat sa bile sur le Procureur general. C'est une affaire assoupie, dont on ne parle plus, & qu'il n'est pas besoin de reveillier &c. L'employ d'Historiographe, dont votre Congregation vous a honnoré, vous donnera bien de la besogne. Votre Histoire doit étre tirée des Archives &c. Nous sommes icy parmi les Maçons, & les Architectes. Notre Bibliotheque est presque finie sur le Refectoir, & sur l'endroit du petit Dortoir, ou étoit votre chambre &c. Monseigneur le Card. Destrées, avec qui nous dinames hier, M. Baluze, M. de la Monnoye, & moy, fait souvent mention de vous avec son prologue ordinaire, que je vous trouvay a Florence &c. Il ne vieillit point du tout, & ne perd rien de ses agremens ordinaires &c.

Atque hæ quidem literæ hucusque recensitæ magnopere oblectarunt Venetam meam commorationem, ea etiam de causa, quod earundem lectionis participes ultro à me effecti bene multi ex civibus meis, humaniter me convenientes in Cœnobio S. Georgii, seu in ædibus paternis, singulari ipsi quoque voluptati perfunderentur, & omnium maxime Jo. frater meus, & Jo. Emo, qui mecum diutine Parisiis versati fuerant, ac proinde rerum Gallicarum statum, quem illæ exponebant, compertum prorsus haberent. Idem status quoniam

multo adhuc quam cæteris plenius innotesceret Antonio Mocenico, ob Legationem in eo Regno gestam paulo ante meum illuc adventum, singula earundem literarum, quas legeret, capita amplam ipsi materiam offerebant de politicis, æque ac eruditis Regni illius rebus differendi. Præterea Nicolaus Fuscarenus, qui ad Sebastianum patruum invisendum in Bataviam advenerat, dum ibidem ego morarer, & Dominicus Ruzinus, qui redux ex Ultrajectino Conventu, cui Carolus ejus Patruus Reip. Venetæ nomine interfuerat, ut per Galliam in Italiam regrederetur, Lutetiam appetiit, dum Italicum ego quoque iter jam jam ingressurus forem, ac propterea ex inita iis diebus inter nos familiaritate junctim illud peragere constitueramus, quo tamen honore carere me adegit per Gallicas provincias vagandi mea nondum exsaturata libido; ambo, inquam, isti, Fuscarenus, & Ruzinus prisca officia, quibus me peregre exornaverant, novis domi, scilicet in Patria, cumulantes, suo veluti jure a me poposcerunt, ut ipsis pariter prolixa animi effusione itinerum meorum cursus, & exitus enarrarem, & una simul eorum oculis subjicerem literas, de quibus est sermo. Jo. Franc. Maurocenus, quem parentis loco venerabar, ac diligebam, ob curam, quam olim ceperat, ut a Regia Cosmi III. Celsitudine benigne exciperer, dum Floren-

Florentiam perrexi, Benedictinæ militiæ nomen daturus, quemadmodum nemini secundum se præstitit in exhibendis gestientis animi significationibus propter felicem meum ex adeo longinquis peregrinationibus in Italiam reditum, ita primas quodammodo a me retulit in ea narrationum copia, cujus faciendæ idoneum me reddiderant eædem peregrinationes.

At piaculum foret, si censum istum concluderem, indictum abire sinens Alexandrum Aldobrandinum, Apostolicum Venetiis Ablegatum, Virum magnarum rerum peritia insignem, qualem mihi & coram, & per literas Cornelius Bentivolus, ut suo loco retuli, commonstraverat. Hunc ergo nihil celavi earum investigationum, quarum compotem me fecerant itinera recens a me perfecta, vixque credi potest, quam valde ipse earundem narratione recrearetur. Haud minus tamen gaudebat, dum meæ in Florentina urbe per quatuordecim annos mansionis historiam exponi sibi intelligeret, & quidem cum iis grati animi erga Patriam illam suam declarationibus, quarum præconium facere me nusquam toto vitæ meæ tempore cessaturum, persancte eidem Præsuli affirmavi.

CAPUT II.

De Venetiis ineunte menſe Julio an. MDCCXIV. relictis, adeundi cauſa Tarviſium primo, deinde Patavium, & de ſuſcepto poſtea itinere Florentiam verſus per Ferrariam, Mutinam, & Bononiam.

UT a delitiis, quibus in Veneta civitate ex conſuetudine cum conſanguineis, aliisque mei amantiſſimis civibus, perfrui mihi contigit, citius avellerer, quam animo deſtinaſſem, in cauſa fuit tam Fortunatus Maurocenus, qui nullum ferme diem elabi patiebatur, quin epiſtolio aliquo me inceſſeret, nunquam ſtimulis parcens, quo ad ipſum absque mora inviſendum accederem, quam Cardinalis Georgius Cornelius, Patavinæ urbis Epiſcopus, æque benevole a me flagitans, ut ad urbem illam advolarem. Utrique ergo morem gerens, Julii menſis initio Venetiis abſceſſi, ac Tarviſium primo contendi, deinde Patavium. Quatuor tantum, aut quinque diebus in prima ea urbe moram duxi, per quos diu noctuque ſuaviſſimos ſermones contuli cum eo Præſule; isque facetiarum diſertiſſimus, has ipſas nunquam fere intermittebat, ne, dum colloqueremur, ſileret hilaritas. At multo ea hilaritate jucundius mihi fuit, certiſſima ex mea illa mora documenta capere Paſto-

Paſtoralis induſtriæ, ac ſapientiæ, qua ſuam ille Diœceſim a multis jam annis adminiſtrabat. Parem laudem in regenda Eccleſia Patavina ſibi adſciſcere deprehendi Cardinalem Cornelium, cui, ſtatim ac ipſum adii, adactus fui conſentire de reliqua æſtate tranſigenda in urbe illa, quin tamen abnuerit domicilium a me figi in Cœnobio S. Juſtinæ. Ampliſſima ejus Cœnobii Bibliotheca, recens tunc conſtructa, cujusque parens habebatur Maurocenus jam jam laudatus, erudita Sodalium meorum colloquia, & familiaritas præſtantiſſimorum Athenæi Profeſſorum, inter quos primo loco nominabo unum ex iis Sodalibus P. Cyprianum Benaleam, deinde vero Hyacinthum Serry, Dominicum Lazarinum, Alexandrum Burgos, Nicolaum Comnenum Papadopolum, Antonium Valiſnerium, Joannem Gratianum, Julium Pontederam, Joannem Baptiſtam Morgagnum, Rinaldum Doliolum, Joannem Polenum, ac tandem familiaritas Jacobi Faciolati, qui haud multo poſt, ut loquitur Hiſtoricus Athenæi Patavini, ejusdem Gymnaſii ſplendorem fama ſui nominis auxit, Logicæ Profeſſor a Triumviris literariis deſignatus, majoraque inde promeritus, atque aſſequutus; hæc, inquam, omnia effecerunt, ne præſtiti Cardinali Cornelio conſenſus, quem dixi, ullo modo me pœniteret. Quod autem is mihi primo prorſus affatu teſtatus

fuisset, Pontificiam Legationem, quam Ulyssipone gesserat, pluribus Cardinalis Destréi officiis honestatam fuisse, horum memorandorum occasionem non omisi in literis, quas ad istum promte Patavio exaravi. Harum fidem illico faciet ejusdem responsum. Ipsum exorditur gratias benignissime mihi agens ob dolorem, quem me percepisse ei significaveram ex obitu Marescallæ Destréæ, *la quelle* (ait ille) *sembloit faite pour porter la vie bien plus loin;* moxque subdit, *Je souscris de tout mon cœur à l'eloge, que vous me faites de M. le Cardinal Cornaro. J'en conviens, & j'ay eu sujet de me louer, & d'estre convaincu de son bon cœur, car pour des offices, que je lui rendis, & bien legers, quand il alla Nonce en Portugal, il a marqué plus d'amitié, & de reconnoissance pour moy, que je n'en ay merité. Je n'en dirai pas tant du dernier Delfin, qui m'avoit des obligations essentielles. Je vous prie de luy en tesmoigner, combien j'estime son souvenir, & combien j'estime ses bontés. Continués de ne me pas oublier dans vos entretiens.* Tandem de rebus ad Constitutionem *Unigenitus* spectantibus, hæc subjungit, *Pour* „ le pendenze spettanti alla Co„ stituzione „ *& quorum, depuis deux mois, pars magna fui, n'attendés des nouvelles de moy pour cette fois, mais j'espere, que dans peu on verra reparoistre l'union dans le corps. Je ne vous en responds pas tout à faict encore,*

re, mais je vous permets de l'esperer. Aymés moi toujours, & me croyés parfaitement à vous. Aliis etiam literis paulo post superiores mihi datis, idem Destreus officia sua per me ad eundem Cornelium deferri hisce verbis imperavit, *Remerciés M. le Cardinal Cornaro de la constante amitié, dont il m'honore, asseures le de mon respect, & de ma reconnoissance.* Hæc leguntur in fine earum literarum; at præstat easdem integras recitare, quod absque ullo fuco scribentis animum patefaciant, ingenti scilicet mœrore contristatum ob adhibitos incassum conatus in eo Confessu, cui ipse præfuerat. Aliquantulum amare irriti illius successus culpam in Cardinalem Rohanium, multoque magis in Meldensem Antistitem derivat, quorum ardori (duritiem ipse vocat) non parcere tantum, sed laudes etiam tribuere haud recusasset, siquidem de rerum, quæ paulo post subsequuta est, acerbitate sapientissimos Clementis XI. sensus dignoscere, vita ipsi suppetente, potis fuisset. Earum literarum ista sunt verba, *J'ay reçu, Monsieur, avec beaucoup de plaisir la lettre, que Vous m'avez fait la grace de m'escrire du* 10. *Aoust. Elles me font toujours le mesme plaisir, que me donnoit vostre presence, & celle de M. l'Abbé de Longuerue pour Vous. Nous parlerons de Vous aujourduy luy, & moy. Nous aurions bien à discourir sur le fatal evenement*

 de

de la mort de la Reyne d'Angleterre. L'Italie y a pour moins autant perdu que cette Nation, car je ſcay que cette Princeſſe, & en aſſez bonne compagnie, jettoit de bons fondements pour eſtablir un repos ſolide en Italie. Ma preſidence au Concile de l'Abbaye de Saint Germain eſt finie. Vous aves ſceu, que depuis deux mois j'avois poſſedé cette preſidence avec trois Cardinaux & cinq Eveſques. On fourniſſoit du coſté du Cardinal Archeveſque à mon avis tout ce qu'il falloit pour finir, & je l'avois eſperé, mais le zele, & la delicateſſe de M. de Meaux, & rien moins de M. le Card. de Rohan pour ſatisfaire à l'execution de la Bulle, que Sa Majeſté a voulu faire accepter & publier dans tout ſon Royaume, ils m'ont paru trop difficiles, & par la ont embrouillé cette affaire, qui ſeroit deja finie, s'ils n'y avoient meslé ſur les perſonnes leur partialité, & leur animoſité, enfin la dureté de Monſ. de Meaux croyant ſe faire un grand merite à Rome, & utile à ſon chapeau en pouſſant M. le Cardinal de Noailles. „ Il mezzo termi„ ne „ *qu'on a pris a eſté de charger M. le Cardinal de la Trimouille de faire agréer au Pape le projet du Mandement, que Nous avions tant debattu, & ſur le quel la rigueur, qui ſans doute a Rome on ne ſcauroit pas approuver (car cela degeneroit en pure chicane) a obligé le Roy de renvoyer à Rome, & à Sa Sainteté ce que M. le Card. de Noailles avoit preparé, & reduit à une forme tres raiſonnable, mais*

au dessous du zele de M. de Meaux pour le S. Siege, & pour sa Promotion. Il ne s'estoit pas attendu à ce retour, & l'on dit, qu' il n'en paroist pas fort content, & je ne le serois pas en sa place.

Eundem Cardinalem Cornelium, quod magna veneratione prosequeretur Renodotius, ita de eo ad me scripsit, *Vous sçavez le respect que j'ay pour Monseigneur le Card. Cornaro, il y a plaisir à parler de science avec luy, & plus que Vous n'en aurez à Rome.* Deinde addit in iisdem litteris, *Si j'estois plus jeune de quelques années, j'irois passer un hyver avec Vous en ce pays la, & j'y demeurerois, si m'y trouvois bien, car je pense souvent comment je pourrois faire, pour estre en lieu* „ ubi neque Pelopidarum dicta, neque „ facta audiam. „ *Vous me fairez plaisir, si sans Vous donner de peine, Vous me pouviez mander ce, qui est devenue l'Imprimerie Arabe, qui avoit fait faire M. le Card. Barbarigo. Il y a des characteres Coftes à Rome, comme on voit par la petite brochure, que fit imprimer le P. Bonjour, ou il a donné la Confession de foy des Coftes, mais d'une maniere bien imparfaite, & il s'est trompé en plusieurs endroits. Cette ressource est la seule, que je voye pour l'impression des Originaux, dont je donne la traduction; mais je ne puis esperer de la voir sous ce Pontificat, sur tout à l'age que j'ay, & avec le credit qui me reste aupres du*

Pape. Quidnam foret, quod amariorem adverſus Romanam Curiam faceret Renodotium, ſuperius explicavi. Haud minus quam ego, tetricitati illi aliquando ſuccenſere aſſuetus erat Blanchinus Præſul, quin tamen e re fore arbitraremur hominis illius conſuetudini nuncium remittere. Æque tetricum iſte ſe mihi exhibuit in aliis litteris, quas paulo poſt ad me dedit, nam harum hujusmodi eſt exordium, *Je Vous eſcrivis il y a quinze jours par la voye de Florence, Mon Reverend Pere, & je le fais encore, parce que Monſeigneur le Card. Deſtrées m'apprit hier, que Vous y eſtiez arrivé, & je conte, que Vous y ferez quelque ſejour. Il me paroiſt, que par rapport à vos études, & au fruit, qu'on en doit eſperer, Vous ſerez mieux à Padoüe, qu'à Rome, ou je ne crois pas qu'il y ait rien à faire ſur tout en ce tems cy. Le mieux, qu'on croiroit faire pour Vous, ce ſeroit de Vous mettre dans quelques Congregations pour y perdre beaucoup de tems, & Vous ne pourriez travailler pour Vous.* Nunciat mihi deinde ſatis diſtincte Jacobi Turellii mortem hisce verbis, *Je ne Vous apprendrai pas apparemment la perte, que nous avons faite du pauvre M. de Toureil, qui depuis votre depart n'a fait que languir, & en ſuite apres bien des remedes eſtoit tombé dans une phthiſie jointe à beaucoup d'autres maux, qui l'emporterent à la fin le* 11. *de ce mois. J'en ſuis tout à fait touché. Il laiſſe legataire univer-*

ver-

versel l'Abbé son frere, qui estant au chateau S. Ange n'est pas prest à venir recueillir cette succession. Il est vray que le pauvre defunt a nommè executeur de son Testament M. de Fieubet son parent, homme d'autorité, & de probité, entre les mains de qui rien ne perira. Il a laissé ses papiers, & ses ouvrages à M. Massieu, que Vous connoissez apparemment, au quel il donne une pension de six cent livres. Les morts sont des avis pour ceux, qui comme moy sommes plus agez. Dieu me fasse la grace de profiter. Tandem salutem mihi impertitur nomine Procuratoris Generalis, ejusque Conjugis, & Abbatis Caumartinii.

Ineunte mense Octobri, relicto Patavio, ut Florentiam appeterem, humanissime socium itineris se mihi fecit usque ad ditionis Ferrariensis fines Eques Jo. Franc. Maurocenus; quare ad magnificam, quæ ad ipsum spectabat, Lusiæ Villam ad Athesis ripas positam me primo die deduxit, postero vero ad Vangaditiensis Abbatiæ pagum, cui nomen *Badia*, paucis tantum milliaribus dissitum ab urbe Rhodigina, Adriensis Episcopi sede. Philippus a Turre, qui eas Infulas tunc obtinebat, summa cum comitate me invitaverat, ut Ferrariam pergens ad ipsum diverterem, & per unum, & alterum diem secum commorarer. Pro re certa habebat Maurocenus, in Vangaditiensi eo pago benignum hospitem nos na-

ꝺuros Petrum Cardinalem Priolum, loci illius Abbatem; at fruſtratus hujusmodi ſpe, quod iſte ante binas dumtaxat horas inde abiiſſet, ac Venetias properaſſet, anceps admodum hæſit, num ibidem quisquam familiariter ſibi notus adeſſet, qui prandio (inſtabat enim hora meridiana) nos exciperet. Probavit autem conſilium meum, ut ad ſalutandum Priorem, ſeu Præfectum Monachorum Vangaditienſium accedens ego, periculum facerem, an officio huicce, videlicet eſuritioni noſtræ fors proſpera faveret. Natus is erat ex Patritia Veneta familia, quæ *Guerra* dicitur, comemque ſe mihi præbuit, verbis tamen, non factis cujusmodi expectabam. Itaque ad Maurocenum cito reverſus, reque ipſi, ut acciderat, narrata, magis, magisque angi is cœpit, quo ſe verteret prorſus ignorans. Quumque anxietas illa riſum aliquando, ut accidere ſolet, utrique noſtrum excitaret, in mentem tunc mihi venit cujusdam vetuſti Pœmatis barbarico ſtilo exarati initium, quod hujusmodi erat, *Tempore cujusdam guerræ*, illudque dum recitarem, chachinnum jucundiſſimum ſuſtulit Maurocenus. At multo verius ambos exhilaravit vectoriæ rhedæ, quam mei Rhodigium advehendi cauſa præmiſerat Adrienſis Antiſtes, ſubitus conſpectus; ſtatim enim abjecta prandii nanciſcendi anxietate, conſilium concorditer cepimus tumultuarium

jen-

jentaculum in publica taberna ſumendi, nullaque interpoſita mora rhedas conſcendimus, Maurocenus quidem ſuam, ego vero Adrienſem, quam dixi, belle ambo cœnandi ſecuri, unus quidem in Luſiæ Villa, & alter apud Antiſtitem. Memini, me aliquot poſt annos joci cauſa retuliſſe Cardinali Priolo anguſtias, in quas nos conjecerat repentinus ille ſuus e Vangaditienſi Abbatia diſceſſus, ipſumque perturbationi illi noſtræ primum indoluiſſe, deinde ſcite, & lepide ſubjunxiſſe, deteriorem adhuc eventum futurum, ſi ſua quoque eidem adjecta fuiſſet, quam profecto adjici neceſſe erat, ſiquidem cauſa itineris, quod jam jam arrepturus foret, nil niſi vacuum, quod Philoſophi in rerum natura dari poſſe abnegant, abunde ſua in coquina ſuppetere deprehendiſſemus. Riſit deinde Cardinalis, dum accepit, qua ratione aptari a me potuerit noſtris illis anguſtiis poetica illa barbaria *Tempore cujusdam guerræ*; hæcque ipſa fuit, ut modo memoriæ meæ ſuccurrit, quæ officioſis verbis, dum a Mauroceno rheda jam conſcenſa disjungeret, commixta, dulciorem adhuc quam antea eidem riſum elicuit. Triſtis attamen ego haud parum, ob amiſſum adeo charum itineris ſocium, iter Rhodigium verſus ſuſcepi; at brevi ad eam urbem advectus mœſtitiam omnem deponendi cauſam mihi præbuit Adrienſis

enſis Præſul obviam ſe mihi dando, ejusque manum filiali, ſuaviſſimoque ſtudio deoſculatus, admiſſum ab eodem illico me vidi in ejus Bibliothecam, indeque profiteri adactus fui, non aliam a me inibi Bibliothecam, non aliud Muſeum perquiri præter Præſulem Adrienſem. Hunc quanti facerem, liceat mihi non aliis verbis declarare, quam quibus affatus me eſt ejus nepos Laurentius a Turre, dum Decanus Eccleſiæ Forojulienſis nomini meo inſcribere dignatus eſt poſthumum quoddam Patrui ſui Opus. Ea ita ſe habent, *Tu Philippum non noſti tantum, ſed ſtudia, ingenium, mores probaſti, Tu familiaritate, Tu literarnm commercio, Tu ejus hoſpitio, ea qua ſemper fuiſti humanitate fruebare, Tu, ut uno verbo complectar omnia, Tu in amicorum, inquam, tuorum catalogo Adrienſem Epiſcopum recenſuiſti*. Hisce verbis recitatis ſupervacaneum puto mea ut ut pauca adjungere ad declarandam ſermonum, quos cum doctiſſimo eo, & optimo Præſule inſtitui, non quidem per unum, & alterum diem, ſed per triduum, & quatriduum, jucunditatem. Ea itaque mirificum in modum exhilaratus, lætusque præterea in eadem urbe de facie, & de alloquiis etiam mihi innotuiſſe Virum valde eruditum Co. Camillum Silveſtri, Ferrariam profectus ſum.

Ad eam urbem perlatus, humaniterque exceptus in Monaſterio S. Benedicti, e ve-

ſtigio

ſtigio curæ illi me dedi, quam etſi in ſuperiori Capite minime memoratam, ſuſcipere tamen non omiſeram in binis etiam Venetis Cœnobiis, videlicet S. Georgii Majoris, & S. Nicolai de Littore, pariterque in binis Patavinis, nempe S. Juſtinæ, & S. Mariæ de Pratalea, curam, inquam, Tabularia Monaſtica explorandi, & verſandi ad colligendam inde chartarum ſegetem, quæ Operi, cui concinnando tenuitatem meam addixerant Præſules Caſinenſes, inſerviret. Hæc ipſa cura effecit, ut tres circiter menſes in peragendo itinere inſumpſerim poſt deſertum Patavium usque ad aditam Romam. Eo autem diligentius Ferrarienſis Archivi tabulas perſcrutatus ſum, quo majorem copiam earum, quæ ad celeberrimam Pompoſianam Abbatiam ſpectarent, me nanciſci poſſe ſperavi. Res ipſa meis votis reſpondit. Quamvis tamen aſſidue ſtudio iſti vacarem, haudquaquam otium mihi defuit literas aliquot Pariſios exarandi, & in primis ad Cardinalem Deſtreum, qui ſuas mihi dare dignatus fuerat, paulo ante quam Patavio abirem. Has itaque primo loco recitabo, deinde vero ejusdem Cardinalis reſponſum ad Ferrarienſes meas. *C'eſt avec beaucoup de plaiſir Monſieur, que je recois de vos nouvelles & je vous prie d'eſtre bien perſuadé que je ſuis fort ſenſible aux marques de voſtre amitié. Je me rejouis extremement de voſtre voyage à Rome, ou*

ou je pretends bien que Nous ayons un commerce reglé. Il est certain, que M. le Cardinal de Polignac & moy avons continuellement travaillé & avec un zele proportioné à l'importance d'un objet aussi important que celuy de la paix de l'Eglise de France, & il me sembloit, que Nous pouvions esperer de n'avoir pas tout à faict travaillé en vain, si l'on considere que travaillant sur le terrain de France on y met inevitablement des bornes, que l'on pourroit reculer bien plus loin ailleurs. Grace à Dieu l'unité est parfaicte dans le Dogme, & personne n'imagine autre chose que de demeurer dans la liberté des opinions que l'on a toujours traictées diversement dans les Escoles. L'opposition qui a trop eclaté, n'a regardé que les diverses manieres de la forme d'acceptation. C'est à quoy Nous Nous sommes appliquez. Si nostre ouvrage est agrée, ce sera pour Nous une consolation infinie, car d'un evenement contraire que n'aurions Nous pas à craindre? C'est tout ce que je puis Vous expliquer presentement, & Nous ne pouvons juger „ se finalmente avremo colpito „ *que l'on ayt montré & expliqué au Pape les projets & memoires, qu'on doit luy montrer. J'irois volontiers un peu plus loin, mais apres le soin, que je me suis donné, je m'en flatte. Je n'entre pas dans d'autres matieres.*

Responsum autem, quod dixi, ita se habet, *J'ay apris, Monsieur, par votre lettre du*

du 15. *Octob. de Ferrare* la vostra mossa da Venezia *& si Vous aves quitté volontiers* (*par humilité sans doute*) *un* Stato *ou vostre nom est si distingué , & y fait une figure considerable, je ne m'en rejouis pas moins, car Vous prenes le chemin d'un lieu , ou je Vous ay destiné des que Nous Nous sommes connus. J'ay consulté depuis vostre depart d'habiles Astrologues, qui me respondent que la mission que je Vous ay donnée en partant d'icy & en allant en ce lieu ou Vous seres bientost , s'acomplira. Je fairai ce que je pourrai pour en pouvoir estre le tesmoin. J'ay sujet d'en douter, mais pourveu qu'elle ait son effect , & que mes Astrologues ne se trompent pas , je serai content. Vous aves à mon esgard une attention trop partiale & trop obligeante pour douter que dans le tems que Vous seres à Florence , Vous oublies de tesmoigner plus d'une fois au Grand Duc tout ce que Vous aves connu de mes sentimens pour Son Alt. Royale , & quoyque Vous luy puissies dire de mon attachement respectueux & passionné pour Elle, & de ma reconnoissance pour ses bontes , Vous ne seres jamais desavoué. Je me suis bien tourmenté pendant quelque mois*, e mi pareva d'esser' arrivato à bon termine, *mais nostre travail a eschoué, quand je commencois à tailler mes plumes pour escrire au Pape une lettre commune avec M. le Card. de Polignac , dont Nous esperions un grand succes. Dieu en a disposé autrement* e presentemente questa incombenza cade su la persona *de M. d'Ame-*

lot Conseiller d'Estat, & qui a esté Ambassadeur à Venise il y à pres de 20 ans, & le bruit s'est assez repandu que c'estoit pour y convenir des mesures, qu'il y auroit à prendre pour tenir icy un Concile National. J'aurois bien mieux aymé, qu'au lieu d'examiner cet article, on eut trouvé de touts costes qualche mezzo termine *par le quel on pust sortir d'intrigue. Par ce changement arrivé Vous Vous attendies que je Vous mande sur cela des nouvelles, & je m'attends de les recevoir de Vous, & sur d'autres choses & je marquerai de quelle maniere Nous establirons la correspondance. Je tascheray de retrouver le Mandement de Frejus, & Vous conviendres que dans ce* multiloquio si deest mendacium *il y a bien de la superfluité* e un tantino d'affettazione. *Croyes moy parfaictement à Vous & escrives moy toujours en billet.*

Honor, quem in altera hac Epistola Cardinalis Destréus mihi impertitur, testandi scilicet grati animi sui sensus Regiæ Celsitudini Cosmi III. ut primo Florentiam advenissem, impulit me ad iter illud, quoad fieri posset, properandum; eoque magis, quod idem Magnus Dux mei revisendi desiderium clementissime patefacere dignatus fuerat, ita ad me scribens, *Io godo di sentire V. P. già ritornata in Italia con perfetta salute, e sempre più obligato sono à V. P. del desiderio che conserva di venire qua.*

V. P.

V. P. ben sa quanto la sua persona sia stata amata, stimata, e riverita in questo povero paese, ove sempre desidero dell' occasioni di poterla ubbidire, e servire. La pregherò per fine se nel portarsi alla Patria Ella passasse per Padoa à pregar Dio per me alla Chiesa del glorioso Sant' Antonio di Padoa &c. Igitur post impensum studium, quod dixi, in veteres Ferrariensis Cœnobii chartas, & postquam accessissem ad consalutandos binos Cardinales, qui ei urbi præerant, nimirum Julium Piazza, Pontificium a Latere Legatum, & Thadæum Vermium, Antistitem. Purpuratos utique præstantissimos, omnique laude suo quisque in ministerio obeundo dignissimos, Rhegium primo, deinde Mutinam me contuli, quibus in urbibus admodum jucunde rursus invisi duumviros superius memoratos, Muratorium, & Bachinum. At jucunditati hujuscemodi haud parum obfuit aversus Raynaldi earundem Ducis a Bachino animus, ob S. Cæsarii feudum, in quod potestatem obtinere Abbatem Mutinensem Bachinus contendebat, fide nixus chartarum, quas ipse primus detexerat. Quod rumusculus aliquis sparsus in ea urbe fuisset, ad Monasticam eam jurisdictionem novis præsidiis firmandam tendere posse meum illuc adventum, hinc satius duxi, per biduum tantum in Rhegiensi Cœnobio morari, ac proinde faciendis in loci illius Archivo investigationibus

cito finem imponere. Ex eadem cauſa cito quoque me expedivi ab evolvendis Mutinenſis Cœnobii chartis. Antequam vero Mutina diſcederem, me benigne ſuum ad conſpectum Dux ille Sereniſſimus admiſit; quumque non ita brevi alloquio me detinuiſſet, putarunt aliqui controverſiæ de feudo S. Cæſarii ſeu a Celſitudine Sua, ſeu a me moveri ſermonem potuiſſe, quod tamen nullo pacto accidit. Ad Bachinum redeo, ut Lectorem moneam, non Mutinæ, ſed Rhegii habita a me fuiſſe cum eo colloquia, de quibus in Capite proxime ſuperiori. Eundem Lectorem pariter monebo, ibidem omiſſam reperiri mentionem æque benigni alloquii, quo me dignatus fuit in Parmenſi urbe Sereniſſimus Dux Franciſcus. Is (ut hoc loco ſuppleam, quod narrandum in eo Capite erat) ultro, dum coram ipſo ſtarem, verba aliquot fecit de Ordinis Conſtantiniani cenſura Lutetiæ vulgata, ex iiſque ſatis apertum ille mihi reddidit, nullam in ejus animo ſuſpicionem manere vel levis culpæ a me admiſſæ, conſcius quamvis, & quaſi curator illius editionis ipſe fuerim, ut in Par. I. hujus Commentarii narravi. Affirmavit tandem, ſibi innocentiam meam teſtari nunquam deſtitiſſe ſuis in literis Comitem Pighettum.

E Mutinenſi urbe Bononiam profectus ſum, diemque unum ibidem manſi, quam inte-

integrum ut secum consumerem, eximia comitate exoptavit Laurentius Cardinalis Casonus, ejus urbis Legatus a Latere. Jubenti eo pronius parui, quod compertum mihi jam foret, Archivum Monasterii S. Proculi priscis chartis destitui. Abundabat contra Casonus notitiis admodum reconditis Gallicarum rerum, quarum pertractandarum præcipuus administer fuerat ei sanguine conjunctus Augustinus Favoritus, Romanum Pontificatum Innocentio XI. obtinente. Quare copiosissimus cum eodem collatus est a me sermo de Scriptis, quæ omnino solida, & invicta ejusdem Præsulis studio ea tempestate prodierunt ad tuenda S. Sedis jura adversus præsertim Gallicanas Libertates. Inde autem ad sydera Casonus ferebat librum de eo argumento a Doctore Charlas compositum, centiesque mihi affirmavit, fore ut operam luderent, quotquot in posterum censerent se novi quidpiam in medium allaturos ad easdem impugnandas. Affirmavi ego vicissim, eum ipsum librum paribus omnino encomiis commendatum mihi fuisse frequentissime a Dominico Passioneo; hujusque nomine audito statim Cardinalis in ejus laudes effusus est, quibus ipse, ut par erat, suffragium meum libentissime adjunxi. Ejusdem libri doctrina quo pacto imbutus ego, & communitus, nullam, dum inter Parisienses versarer, occasionem detrecta-

verim manus conferendi cum Gallis ipsis Doctoribus, imo cum Episcopis ejusdem nationis, & cum ipso Cardinali Destréo, hujus Epistola indubium perhibebit testimonium, in qua scilicet ita legitur, *Puisque dans le temps de vostre sejour en France, ou vous aves esté si bien traicté mesmes a nostre Cour, Nous vous avons veu prendre à tache de combattré ouvertement les belles maximes de l' Eglise Gallicane, nos principes, le moins qu'on puisse faire, c' est de vous reprocher ce tort, de vous bien gronder sur cela, mais je vous declare, que je ne vous aimeray pas moins, ou estimeray*. Aderat meis illis cum Cardinali Casono sermonibus hujus nepos, insignis modo Præsul, cujus præstantissimum in humanioribus literis ingenium Lazarinus, qui pariter ibidem aderat, summopere mihi prædicavit. Digressus die jam advesperascente e Legati Palatio, ad Benedictinas ædes S. Proculi me retuli, Florentinum inde iter valde mane arrepturus. Illud peragens stationem cepi in Monasterio, cui nomen *Bonsolazzo*, quo Cosimus III. Trapensis Instituti Monachos recens e Gallia traductos collocaverat, & cum hisce sesquidiem transfegi, exiguum admodum tempus, ut omnibus eorundem quæstionibus de principe ejus Instituti Cœnobio in Gallia a me inviso satisfacerem.

CA-

CAPUT III.

De Florentia adita menſe Octobri an. MDCCXIV. moraque in ea urbe tracta usque ad finem Novembris ejusdem anni.

FLorentiam dum ingrederer deſinente menſe Octobri, adeo cujuscumque moræ impatientem me effecit Monachos Abbatiæ S. Mariæ, Sodales meos dulciſſimos, amplexandi deſiderium, ut a rhedæ, qua vehebar, ductore alacri clamore contenderem, gradum, quoad per equos liceret, maturari. Parem prorſus meo huic æſtui lætitiam perſenſi, ſtatim ac Cœnobii illius limen attigi, nam nihil optatius evenire mihi poterat, quam ſi re ipſa experirer, ſuaviſſimum erga me eorundem amorem adeo non deferbuiſſe poſt meas quatuor annorum vagationes, ut vires ille omnino ſumpſerit in eorum præcordiis. Millies propterea, dum me ad cubiculum deſtinatum iidem deducerent, ingeminavi tritum illud, *dies albo ſignanda lapillo*; quo unice ferme uti conſueviſſe Magliabechium, dum eruditos Ultramontanos ad ſe inviſendum accedentes exciperet, cætera parcum Latini ſermonis cum iisdem uſurpandi, ſat bene cuncti memineramus, jocisque noſtris frequentiam illam haud raro anſam præbuiſſe. Jocandi tamen de homine illo occaſio omnis ante tres menſes jam evanue-

 rat,

rat, quandoquidem die quarta Julii e vivis ipse abiisset. Spoliatam fuisse Florentiam, dum itinerarer, tam Magliabechio, quam Magalotto, id utique acerbissimo me dolore confixit; nam ambos quanto in pretio habuerim, quam intime dilexerim, quam utiles literariis meis occupationibus expertus fuerim, suis jam locis declaravi. Ei tamen ægritudini solandæ, ingenti mihi adjumento fuerunt Salvinus, & Bonarotius, qui primis adventus mei momentis optima valetudine præditi se se mihi exhibuerunt. Toto mense Novembri, quo Florentiæ substiti, nullus ferme dies effluxit, quin eosdem seu adirem, seu ad me ventitantes admitterem; luculenterque utrique testari valui, quam sæpe eorum nomen celebrantes audierim, in Gallia quidem Montfauconium, Regnerium, Renodotium; in Batavia vero Clericum, & Basnagium. Vacabat, quo tempore Florentiam revisi, Salvinus Scholiis, & Prælectionibus in veteres Authores, Græcos præsertim Poetas, conscribendis, ei ipsi scilicet curæ, in quam diu noctuque præteritis etiam annis incubuerat, nec unquam in reliquo vitæ suæ cursu intermisit. Bonarotius vero totus intentus erat Observationibus in Vitra antiqua, Explicationibusque ad Monumenta Etrusca componendis. De hisce Bonarotii Operibus, quemadmodum de Animadversionibus in Numos Cæsareos maximi

mo-

moduli Romæ editis, mentionem fieri reperio in ejusdem Vita a Clarissimo Joanne Lamio descripta, & evulgata Tomo primo *Italorum eruditione præstantium*, ibique adnotari, teste Antonio Francisco Gorio, Viro pariter Clarissimo, Bonarotii Scripta non minus, quam sexaginta Voluminibus comprehendi. In eodem Tomo primo idem Lamius Vitam, cujus quoque ipse fuit scriptor, Antonii Mariæ Salvini locavit, atque recensuit ejusdem lucubrationes, præmisitque ei censui tumultuario ordine Salvini discipulorum nomenclaturam, qualem exhibuerat hujus antea auditor, & deinde in Cathedra Florentina successor, Clarissimus Ang. Mar. Riccius. Me tot illustribus nominibus ibidem descriptis non permixtum tantum comparere, sed veluti agmen illud ducere, hoc illud est, de quo alibi gloriari mihi contigit, nec gloriari unquam desinam. Duumviris jam nominatis, scilicet Bonarotio, & Salvino, alios adjungere possem Viros excellentis eruditionis, quibuscum eo ipso tempore jucundum mihi fuit familiariter Florentiæ versari; at quoniam de iis mentionem facere institui, quos prisca mihi omnino intima consuetudo conjunxerat, reliquorum nudum tantum catalogum subdam. Sunt autem, Sebast. Blancus, Bened. Brescianus, Frider. Jannetus, Carol. Contius, M. Ant. Mozzius, Hieron. Lilius, Ant. Franc. Marmius, quorum

rum omnium, ſeu in primo meo quatuordecim annorum Florentino domicilio ſeu in reditu ad eam urbem, de quo in hoc Capite, eruditione proficiendi occaſio mihi abunde defuit. De Marmio, quem poſtremo loco nominavi, addi a me oportet, hunc mei frequenter inviſendi curam humane capientem, humanius adhuc mihi pateſeciſſe quidquid meditabatur, ut, quoniam a Magliabechio Teſtamenti ſui curator fuerat ipſe deſignatus, vere in publicum civium bonum, cujuscemodi ſibi Teſtator propoſuerat, converterentur & univerſa librorum ejusdem ſupellex, & annua pecunia ipſi augendæ, conſervandæque relicta. Singularem etiam hoc loco mentionem omnino a me promerentur Stephanus Trenta, quem primo ſocium in Tirocinio Monaſtico habui, deinde Auditorem in Schola Theologica, Canonica, & Biblica, ac demum ad aſſequendam Piſani Lycei Cathedram meis officiis haud parum adjuvi; Thomas Galleſtruzius, cui multum debebant Græcanica mea ſtudia; Paulus Medices, quo ſuaſore magis, magisque in Hebraicas literas incendebar; ac tandem Jo. Bapt. Caſottus, qui ex veteri noſtra neceſſitudine per literas me Pariſiis degentem conſuluit de Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro, quem præ cæteris erudiendo Principi Saxoniæ Friderico Auguſto idoneum fore arbitrarer. Valde autem mihi doluiſſe demum fatebor, col-

colloquiis carere Guidonis Grandii, Virginii Vålſechi, Gerardi Capaſſii, Antonii Turellii. Grandius, & Valſechius Florentia aberant, quod docendi munere in Piſano Liceo fungerentur; Capaſſius autem, & Turellius, quod Romæ lares fixiſſent, ille quidem, poſtquam Coſimi III. animum haud leviter offendiſſet ob cenſuram, qua vexaverat Acta S. Creſcii, & Sociorum, ab Jacobo Laderchio vulgata, & Reliquiarum etiam illorum Martyrum veritatem; Turellius, poſtquam anguſtias evaſiſſet, quarum in ſuperiori Capite facta eſt mentio ex literis Renodotii.

Jam vero intelligo, me incaute, ex injecta Magliabechiani dicti, hujus Capitis initio, mentione ad teſtandam ſummam lætitiam, qua abripi mihi contigit, ut primo Cœnobii Florentini tecta ſubii, deductum fuiſſe ad res literarias Florentiæ fuſiori narratione proſequendas; quum tamen omnino oportuiſſet eo ipſo initio narrari, quam benigne, quam clementer Coſimus III. paſſus ſit, ut Regio ſuo Conſpectui me ſiſterem altero mei ad eam urbem adventus die. At quid, amabo, dicam de benignitate, & clementia illa, niſi incredibilem eam prorſus fuiſſe, affatimque conſentaneam ſtylo literarum, quibus me abſentem decoraverat Princeps ille ultra quam dici poteſt, ut eædem manifeſtam fidem faciunt,

Cle-

Clementiſſimus ? His ergo tantum verbis deſignata, quam iſte mihi exhibuit, immenſa humanitate, ſtatim illam memorabo, qua pariter dignatus eſt in alloquiis mecum habitis Pariſienſes quosdam amicos meos, ſibi antea bene compertos, nimirum Montfauconium, Renodotium, Regnerium, & omnium maxime Cardin. Deſtréum, quem ſemel iterumque appellavit non ex communi tantum Cardinalium nuncupatione, ſed ex virtutibus etiam, quibus fulgebat, eminentiſſimum. Talem, tantamque Magni Ducis erga ſe benevolentiam, atque obſervantiam quum ex meis literis intellexiſſet Cardin. Deſtréus, ita illis reſpondit, *J'ay receu, Monſieur, avec beaucoup de plaiſir voſtre lettre de Florence du 25. Nov. & je me trouve ſi honoré par les bontes du Grand Duc* che me ne chiamo ſoprafatto. *Ne manques, je Vous conjure, de Vous ſervir de toute* voſtra innata facondia *pour lui faire bien comprendre* a qual ſegno *je ſuis penetré de toute la cordialité, avec la quelle il agit & parle ſur mon ſujet. Je ſuis aſſuré que Vous n'oublieres rien ſur cela.* Deinde de rebus Conſtitutionis *Unigenitus*, hæc addit, *Je Vous retrouve deja informé du depart de M. Amelot pour Rome avec un Docteur de Sorbonne nommé Tarni, que Monſieur de Reims Tellier donna à l'Abbé de Louvois. En ce tems la il paſſoit pour Janſeniſte, mais depuis la mort de cet Archeveſque il eſt revenu* ad meliorem frugem,

&

& ce voyage Vous le marque asses. Mais j'ay voulu encore Vous le dire, car vraisemblablement Vous aures occasion de Vous voir, & de discourir ensemble. Depuis la negotiation finie à la fin du voyage de Fontainebleau & le party pris d'envoyer à Rome M. Amelot, je me suis absolument retiré de ceste affaire, ainsi, comme d'ailleurs Vous sçaves, que je vais rarement à la Cour, je ne puis rien Vous dire sur l'objet de ce nouveau Ministre, qui prevoyant bien des intoppi *il l'a entrepris plustost par obeissance que par genie. On a parlé d'un Concile National. On a mandé de Rome que le Card. Fabroni ayant entendu parler de ceste vüe, avoit escrit à M. Aldrovandi, qui est toujours icy, qu'il ne l'approuvoit pas, & il s'est debité ensuite que le Pape n'en vouloit qu'à des certaines conditions, qu'on auroit peine d'admetre icy. Dans la suite je ne Vous laisseray sans notions sur ce qui se passera icy.*

Florentinæ meæ mansionis, haud minus quam Destréus, certior factus Renodotius, hæc ad me scripsit, *J'estois en quelque peine, M. Rev. P. de n'avoir pas des vos nouvelles, mais la lettre, que Vous m'avez fait l'honneur de m'escrire du 23. Novembre m'a rassuré & m'a appris des nouvelles marques de vostre amitié, à la quelle je suis fort sensible. Vous auriez tort, si vous ne l'estiez pas à celle qu'on vous à tesmoignée icy, sur tout ceux qui m'ont chargè de vous saluer, aux quels je ne manque-*

rai

rai pas de faire vos complimens, comme vous me l'ordonnez. Vous pouvez croire aussi, que je recois avec une extreme reconnoissance les tesmoignages du souvenir de mes patrons, & amis de Florence, pour les quels je conserverai tousjours toute l'estime qu'ils meritent, & les sentiments de gratitude, que je leur dois. Vostre hoste pour le Stravizzo *M. Zipoli est bien un des meilleurs, & des plus honnestes hommes, que j'aye jamais pratiqué, & que j'ayme comme un frere depuis plus de trente cinq ans. Je suis fort obligé aussi à M. le Docteur Salvini, que je vous prie de saluer de ma part, si cette lettre vous trouve encore a Florence. Mais quoyque j'aye escrit plusieurs fois, je n'ay pu sçavoir s'il a reçu mon Histoire des Patriarches, car j'en mis une pour luy dans le ballot. S'il ne l'a pas receue, je luy en envoyerai une autre. Quand on aura un suffrage comme le vostre, on pourra estre assuré de l'approbation de plusieurs autres pour les ouvrages. Je n'ay point d'autre veue, que de servir Dieu, & son Eglise, &c. On acheve la Preface des Liturgies, qui entreront dans le premier Volume, dont il me semble, que je Vous ay envoyé* le Prospectus. *Les choses sont icy tellement changées depuis la retraite de M. le Chancellier de Pontchartrain, que les Auteurs commencent à en souffrir. Je ne scay pas, si je seray du nombre, mais mon principal travail qui estoit celuy des Liturgies estant achevé ne demeurera pas &c.*

Spe-

Spectat ad hunc ipsum locum Epistola Fenelonii Archiepiscopi, nam ei respondet, quam Florentia ad eundem dedi. En ejus verba, *Je recois dans ce moment, mon Reverend Pere, la lettre, que Vous m'avez fait l'honneur de m'escrire de Florence le* 27. *Nov. Je n'aurois pas manqué de vous prevenir, mais votre lettre precedente me donnoit lieu de croire que Vous seriez en chemin, & j'attendois votre sejour fixe en quelque Ville pour y addresser plus surement mes lettres. Vous me tirez de cet embarras, en me donnant l'adresse sure de M. le Conte Bardi. Je prie Dieu de tout mon cœur qu'il benisse votre voyage de Rome, & qu'il soit utile à l'Eglise. Cette Eglise mere & maitresse a besoin de saints encore plus que de scavants. Elle doit nous instruire, & je veux succer son lait comme un petit enfant. Mais il faut que l'autorité de ses exemples nous rende dociles, simples, humbles, & desinteressés. Plus elle est contredite & meprisée par les enfants revoltès, plus elle doit repandre au loin* la bonne odeur de J. C. *N'allés donc pas augmenter le nombre de ces genies penetrantes & curieux, que la* science enfle, *mais nourrissez Vous* des paroles de la Foy, *pour apprendre aux hommes* à se renoncer, *& a etre* pauvres d'esprit. *Pardon, Mon Reverend Pere, de ce zele indiscret, mais plus je Vous ayme & je Vous honore, plus je Vous desire l'unique bien*, Æmulor enim vos Dei æmulatione. Cupio te in visceribus Christi.

ſti. *Rome Vous fournira ſans doute de grands ſecours pour vos Annales Benedictins. Cet Ouvrage demande une recherche fort etendue, & meſme une preciſion tres exacte ſur les poincts dogmatiques, qui entreront incidemment dans votre deſſein. Vous ne pouvez point faire l'hiſtoire de tout l'ordre de S. Benoit ſans parler theologiquement de Paſchaſe Radbert, de Lantfranc, de Gotteſcalc, de S. Anſelme, de S. Bernard &c. Les matieres du tems n'y peuvent etre oubliées. Je ne Vous dirai rien de ce qui ſe paſſe en France. Vous en ſerez mieux informé par vos correſpondants, qui ſont ſur les lieux, que par moy qui en ſuis eloigné. Je redouble mes prieres pour la paix, mais je la demande vraye, entiere, & conſtante. Toute deciſion ſeroit eludée ſous pretexte d'explication. On demanderoit à l'infini l'explication d'une explication, comme on demande celle de la Bulle. En attendant ces explications, l'erreur croitroit chaque jour, & le ſchiſme prendroit racine. Il faut eſperer que ceux, qui ont retardé leurs ſouſcriptions, ſentiront le danger d'un tel retardement. Priez pour moy, aymez un homme, qui Vous ayme & qui Vous honore &c.* Placet autem hic ſubdere de politiſſimo Fenelonii literarum ſtylo judicium Cardinalis Deſtréi, quod ita ſe habet, *Je ne veux pas finir cette lettre ſans vous remercier d'avoir pris la peine de me copier cet aymable & ingenieux reproche, que M. de Cambray Vous a fait. En verité il eſt rempli d'un*

miel

miele attico, *delicieux, & sans m'en nommer l'auteur, je l'aurois reconnu & dit, que c'estoit celuy de Telemaque. Jamais on n'a escrit avec des termes si flatteurs & plus insinuans, & ils auroient esté dans leur place, & en leur perfection, s'ils n'avoient esté employés aux matieres du Quietisme, ou à desvelopper un sisteme si fort au dessus de l'intelligence des hommes.*

Caput hoc non claudam, quin prius referam, vacasse me Florentiæ perquirendis Archivi Abbatialis monumentis, assiduam in iisdem exscribendis operam collocante Clerico Amanuense, quem ad id negotii ex patria urbe deduxeram, utilemque admodum expertus sum in Cœnobiis omnibus, quæ Neapolim usque, & ultra percurri. Florentia, Aretium primo, deinde Perusiam adveni, brevique me expediens ab investigationibus, quas deposcebant Benedictina utriusque urbis Tabularia, Fulgineum, Interamnium, Narnium, Civitatem Castellanam pertransii, ac demum Romam ingressus sum medio mense Decembri, obviam mihi occurrente cum curru Patre Leandro de Porzia. Amplexati nos invicem amantissime, recta contendimus ad ædes Monasticas S. Callisti.

CAPUT IV.

De peractis in Romana Urbe, post accessum ad eam medio mense Decembri an. MDCCXIV. usque ad initium Septemb. sequentis anni.

ABerat ab Ædibus S. Callisti; quum in eas primo pedem intuli, P. Abbas Jo. Baptista de Miro Procurator Generalis Congregationis Casinensis; at post unam dumtaxat horam ad eas regressus, venit illico singulari cum humanitate cubiculum meum, verbisque officiosissimis testatus mihi fuit, gratum sibi magnopere accidisse meum Romam adventum. Contra ego omnino candide eidem professus sum, beatum me propemodum arbitrari, quod ejusdem contubernio frui in Alma Urbe posse mihi tandem obtingeret, postquam mirificam jucunditatem ante duodecim annos cepissem ex præstita ipsi opera mea Perusiæ ad conscribendum Monasterii S. Petri manuscriptorum Codicum, quibus ea Bibliotheca abundat, catalogum. Dum tamen eidem exponerem, quam libenter vacaturus forem contexendo Operi, quod mihi Comitia Casinensia mandaverant, haud ille mihi dissimulavit, mirari se quodammodo meam illam voluntatem, quandoquidem per decem & octo jam annos jugiter intentus suavissimis floribus legendis ex Latinæ, Græcæque literaturæ viridario, damnari me

me poſtea veluti ad metalla paſſus fuiſſem, ad eruenda nimirum e Monaſticis tabulariis tenebroſæ antiquitatis monumenta. Hanc ego notam non aliis verbis declinandam cenſui, quam memorando præſtantiſſimi Mabillonii Annales Benedictinos, qui maximam a Viris Eruditis cujusvis gentis Authori ſuo gloriam conciliaverant. Subdidi tamen, me diligenter curaturum, ut injuncto mihi munere fungens una ſimul horas nanciſcerer, quas amœnioribus literis dicarem, eoque magis, quod opportunitas mihi daretur, tanto Magiſtro (Abbatem ipſum de Miro digito monſtravi) proficiendi. Viri illius eruditionem quod maximi penderem, declarant verba, quibus eundem collaudavi in mea, quam ſuo loco recenſebo, Diſſertatione de Monaſtica Italiæ Hiſtoria conſcribenda; nam ibi hæc tradidi, *Jo. Baptiſta de Miro, Vir egregius, & interioris literaturæ, nemini in Græcæ linguæ peritia ſecundus, tamque acri præditus ingenio, ut ad perveſtiganda abdita quæque ſcientiarum apprime factus videretur.* Hic vero ſubjungam, comparationem, quam factam fuiſſe reperio Tom. I. *Italor. erudit. præſtant.* ubi recitatur Jo. Baptiſtæ de Miro Vita, Authore Anonymo conſcripta, inter eundem de Miro, & Jo. Clericum, non ex uno tantum, ut ibi traditur, ſed ex utroque pede claudicare. Narratur enim ad ejus Vitæ calcem, Virum doctum, Horatium Blancum Medio-

lani interrogatum, quem Italum Philologum Joanni Clerico illi celeberrimo comparari, atque opponi posse existimaret, *sine hæsitatione* respondisse, *Joannem Baptistam de Miro non minori doctrina, & eruditione, quam Clericum, censendum esse: ingenii autem moderatione laudatissima, sapientisque animi virtute longe præcellere*; claudicare, inquam, sine ulla hæsitatione affirmabo æque ex uno, ac altero pede eam comparationem, quod ambos eos viros intus, & in cute bene novisse mihi datum fuerit. Favit autem mirum in modum studiis meis, in primis Græcanicis, Abbas de Miro. Iisdem haud mediocriter etiam opitulatus est Pater Leander de Porzia, ea præsertim de causa, quod ad invisendos Eruditos Romæ degentes sese mihi ducem præbuerit. Hos inter primo loco nominabo Clarissimos Præsules, Fontaninum, Blanchinum, Battellum, Sergardum, Lancisium, Luchesinum, Vignolium, Majellam, Montium, nunc S. R. E. Cardinalem, LAMBERTINUM, nunc SANCTISS. BENEDICTUM XIV. ex Viris autem Claustrali disciplinæ addictis, Gallianum, nunc Archiepiscopum Tessalonicensem, Minorellium, Gravesonium, Ceratum, modo militaris Divi Stephani Ecclesiæ Pisis Antistitem, Ayroldum, Aquinum, Bonannum, Baldinum, modo Clericorum suæ Congregationis Præpositum Generalem; ac tandem Abbates Assemanum, nunc Præsulem, & Vati-

Vaticanæ Bibliothecæ primum Custodem, Polydorum, de Simeonibus, Cariophyllum, Norciam, Adamum, Gravinam, Valesium. Locum in Regularium nomenclatura non tribui Patribus Petro Benedicto, Josepho Juvencio, Jacobo de la Fontaine Jesuitis, Gherardo Capassio Servitæ, Cajetano Mariæ Merato ex Clericis Regularibus, Jacobo Laderchio Oratorii S. Philippi, Bernardo Desirantio Augustiniano, Malachiæ d'Inguimbert Trappensis Instituti, in præsens vero Carpentoractensi Antistiti; nam ad hos omnes seu adeundos, seu excipiendos nullius opis indigus eram. Benedictum, Capassium, & Meratum Florentiæ persamiliariter noveram, ut suo loco dixi, Laderchium pariter, quo tempore ad eam urbem accessit, Acta S. Crescii, & Sociorum, ut votis Magni Ducis satisfaceret, illustraturus; Juvencius, & la Fontaine, humaniter ad me vix Romam ingressum advolaverunt, præmoniti, ut mihi fassi sunt, de meo adventu intra Decembrem mensem sequuturo, ille quidem a Patribus Parisiensibus tam Collegii Ludovici Magni, quam Domus Professæ; hic vero a Patribus Provinciæ Belgicæ, cui ipse erat addictus; parique celeritate me inviserunt Desirantius, & Inguimbertius, quorum iste in Cœnobio Boni Solatii se mihi spectandum præbuerat inter ejusdem Novitios, ille vero haud mediocriter flagrabat

de peregrinationibus meis plura a me ſciſcitari, & præſertim de ſacris Hollandiæ Miſſionibus, & de turbis Lovanienſibus.

Nullius autem ex omnibus, quos hucusque recenſui, benevolentia æque mihi Romæ profuit, ac illa, qua me complecti dignatus eſt Lanciſius Præſul. Is enim, ut tertio mei Romam adventus die ad deoſculandos Clementis XI. pedes admitterer, obtinuit, paremque honorem haud omnino infrequenter mihi in poſterum impetravit. Lanciſio proinde magna ex parte adſcribo, quæcunque de ejus Pontificis clementia in medium juxta rerum ſeriem ſum allaturus. Hæc ipſa facere nequeo, quin ſtatim paucis lineis hoc loco in anteceſſum complectar. Principio juvit Clemens XI. indulgentia ſingulari Monaſticas meas inveſtigationes, deinde me Sacris Congregationibus, Indicis, Sancti Officii, Sacrorum Rituum, & Librorum Orientalium expurgandorum, accenſuit, inſuper Caſinenſis mei Cœtus Abbatem renunciavit, præterea Infulis Bergomenſibus ornare me inſtituit, ſiquidem eas abdicaret Petrus Cardinalis Priolus, quo iſte animo Romam poſt mortem Cardinalis Aloyſii Prioli properaverat, vacantem ex ea morte Titulum Eccleſiæ S. Marci accepturus, ac demum non obſcuris indiciis animum ſuum ſemel, iterumque aperuit de tenuitate

mea

mea novis honorificentiis augenda. Cuncta ista in unum breviter coacta indubiis fundamentis inniti palam constabit ex testimoniis inferius allegandis. Hisce autem nemo dixerit indigere exhibitam mihi ab eo Pontifice benignitatem in alloquiis mecum habitis de rebus Gallicanis; nemo, inquam, cui compertum fuerit, quam ille cupide literas de iisdem a me Lutetiæ scriptas perlegere consueverit, teste Leandro de Porzia, cujus verba suo loco recitavi. Illæ ipsæ res unicum ferme argumentum ministrarunt sermonibus, quorum copia mihi ad Sanctissimos pedes admisso facta est. Id contigit, primo quidem ante Festa Natalitia anni, in quo versamur, & rursus post Epiphaniæ solemnitatem, quæ proxime subsequuta est. Monuerat me Lancisius, ut ad eosdem prima vice accedens paratas haberem, quas in Italiam redux ab Archiepiscopo Cameracensi accepissem literas, quod hasce libenter admodum conspecturus, lecturusque foret Pontifex, adeo bene erga eum Præsulem animatus, ut nil mirum, si sacra is Purpura quamprimum donari contingeret. Literas ergo illas mecum detuli, easque simul ac steti ante Pontificem, proferendi occasionem e vestigio ille mihi præbuit; nec dicere valeo quam amanter a capite usque ad calcem omnes percurrerit, eas nempe, quas meo in hoc Commen-

tario Lectoris oculis subjeci. Postea vero eos de doctrina, & pietate Fenelonii Antistitis sensus e Sanctissimo pectore deprompsit, unde facile mihi innotesceret, cogitationem de illo Præsule ad Cardinalatum evehendo Pontificia mente jam repostam manere. Tandem animum, & consilia, quibus adductus fuerat ad binas Constitutiones edendas, scilicet *Vineam Domini Sabaoth*, & *Unigenitus Dei Filius*, his verbis declaravit, quæ mihi seu S. Leonem, seu S. Gregorium, utrumque Primum, utrumque Magnum, loquentem repræsentarent. Post sesquihoræ spatium e suo me conspectu dimittens imperavit, ut eidem iterum me sisterem intra quindecim dies, videlicet postridie Festi Epiphaniæ. Mihi e Pontificio cubiculo exeunti occurrit statim Lancisius, maximopere cupidus ex me ipso percipiendi seriem, & exitum sermonum, quos cum Pontifice habuissem. Paucis cuncta eidem enarravi, orationemque meam conclusi, tradens, me nihil prorsus dubitare de Purpura intra breve tempus Fenelonio Archiepiscopo deferenda. Deinde recta adii Vinc. Anton. Alamannum Præsulem, in ædibus Cardinalis Laurentii Corsini (postea Clementis XII.) commorantem, Virum mei amantissimum, quique professus mihi candide fuerat, se flagrantissime cupere, ut eidem Fenelonio, sibi quoque optime noto de

facie

facie, & de alloquiis, Pontificiam gratiam, & benevolentiam, quanto major fieri posſet, conciliarem. Nunciavi igitur ei Præſuli eximias laudes, quas Fenelonio tribuentem audieram Pontificem, indeque ſingularem ille in modum gaviſus eſt. At cito verſum eſt gaudium noſtrum in luctum; nam poſt viginti dumtaxat dies nuncius Romam attulit, Fenelonium e vivis exceſſiſſe. Jam dixi ſuperius, die ſeptimo Januarii an. 1715. hujus obitum contigiſſe, eique per tres hebdomadas antevertiſſe Cardinalis Deſtréi fata.

Poſtridie ergo Epiphaniæ ad Sanctiſſimos pedes ſum reverſus, dumque ante ipſos ſtarem, abſque ullo præloquio ſermo a Pontifice excitatus eſt de obitu Cardinalis Deſtréi, qui jam evenerat, & de juſto timore paris infortunii cito ſuperventuri vitæ Cameracenſis Antiſtitis; nam hunc graviſſime ægrotare literæ recens Romam perlatæ ſignificaverant. Conceptum ex utraque iſta calamitate a Pontifice dolorem facile mihi fuit in ejus facie ſtatim deprehendere; at multo adhuc apertius illum declaravit ejusdem oratio. Deinde me interrogavit, num aliquas de illo Deſtréi interitu Lutetia literas accepiſſem; moxque binas ego protuli, quas Pontifex quum avide manibus ſuis prehendiſſet, fas mihi eſſe putavi eundem exorare, ut antequam ipſas

legeret, oculos conjicere dignaretur in Epiſtolam, quam mihi die 17. Decembris exaraverat idem Deſtréus forma literarum adeo perturbata, quæ utique oſtenderet hominem jam jàm apoplexia percellendum. Deſtréi Epiſtola, de qua loquor, ita ſe habet, *Je voy, Monſieur, par voſtre derniere lettre qu'enfin Vous ſerés bien dans peu de jours à Rome. Je croy que Vous y entrerés* fauſtis avibus, *comme je le deſire pour eſtablir noſtre reciproque bureau. Puisque dans le temps de voſtre ſejour en France, où Vous avés eſté ſi bien traičté meſmes à noſtre Cour, Nous Vous avons veu prendre à tache de combattre ouvertement les belles maximes de l'Egliſe Gallicane, nos principes, le moins qu'on puiſſe faire, c'eſt de Vous reprocher ce tort, de Vous bien gronder ſur celà, mais je Vous declare, que je ne Vous aimeray pas moins, ou eſtimeray. N'oubliès point de me dire comme Vous eſtes traičté par le Pape à voſtre arrivée. J'ai veu le Comte Bardi toûjours également de vos amys. Je lui ay dit, que ſi noſtre commerce à voſtre gré eſt plus ſeur par ſon canal, je le continueray, & je prendray une autre route, ſi elle Vous paroiſſe plus ſeure. M. d'Amelot partit il y a 8. jours avec Tarni. Suivant ce que Vous me manderés touchant les pas des deux perſonnages, Nous entrerons plus en matiere. Suggeréz moy tout ce que Vous croyés eſtre de quelque uſage pour voſtre ſervice.* Parum abfuit, quin hujuscemodi Epiſtola lacrymas elice-

eliceret ex oculis Pontificis. Benignissimas vero ex ejus ore laudes elicuit acre studium, quo ad impugnandas Libertates, quas vocant, Gallicanas incensum me fuisse, dum Parisiis morarer, eadem Epistola testabatur, multaque de eo argumento subjunxit, quæ summo rubore genas meas compleverunt.

Obtuli deinde Pontifici Noallii Cardinalis Epistolam, atque, ut verum fatear, nullum quidem in ejus vultu, ipsam seu dum sacris manibus acciperet, seu dum legeret, acrimoniæ, vel acerbitatis indicium conspexi; spectandam tamen mihi dedit invicti pectoris constantiam in reprimenda refractariorum audacia. Hæc Noallii Epistolæ sunt verba, *Aprés avoir esté privé très long tems, Monsieur, de vos nouvelles, j'ai receu celles que Vous m'avez enfin donné par vostre lettre du 23. de Novembre. Elle m'a fait un sensible plaisir. Mais je suis si affligé aujourd'hui de la mort de M. le Card. Destrées, que je ne puis estre plus long tems à Vous en parler. Je ne doute pas, que Vous n'en soyés aussi, car Vous y perdez beaucoup, c'est une perte publique, mais elle est très particuliere pour moy. C'estoit un amy solide & precieux, que je regretterai toute ma vie. Il a voulu, que je lui rendisse le dernier devoir de l'amitié en me chargeant de l'execution de ses dernieres volontés. Il fut enterré hier au soir, il est re-*

grêtté

grêtté universellement, je ne doute pas, qu'il ne le soit aussi en Italie, car il merite de l'estre par tout, où il a esté connu. Je Vous souhaite les bonnes Festes & la nouvelle année parfaitement heureuse, non pour suivre le cerimoniel, mais pour satisfaire le mouvement de mon cœur. Comptez sur cela s'il Vous plait, continuez moi l'honneur de vos bonnes graces, & soyés persuadé, que je les merite par l'estime & la consideration très sincere, avec les quelles je suis à Vous, Monsieur, très parfaitement.

Restabat Renodotii Epistola. Hanc Pontifici ferme me pœnituit contradidisse, quod Scriptoris nomen præferret, a quo, ut noram, ejus animus foret abalienatus. Hunc vero mihi dumtaxat aperuit, postquam eandem ille perlegisset, quæ hisce verbis concepta erat, *Vous serés sans doute touché au vif, Mon Reverend Pere, de la perte infinie que nous avons faite en la personne de Monseigneur le Cardinal d'Estrées. La tendresse qu'il avoit pour Vous, & toutes les marques qu'il Vous en a données, engageroient un cœur moins bon que le vostre à le regretter, & je juge, que Vous en estes bien touché. Jugez donc de ce que je dois ressentir, après trente ans de connoissance, & de commerce reglé present ou absent. Je Vous avoüe aussi, qu'il y a très long temps que je n'ay eu une pareille affliction, tant pour la perte que je fais en particulier, que par celle que fait Monseigneur le Card. de*

de Noailles, pour le quel il avoit une amitié tendre, mesme avant l'alliance, qui en a esté le fruit. Ce qui est encore très douloureux, sa mort a esté causée par un accident d'une obstruction dans les entrailles, qui a esté augmentée par les breuvages & lavements, qui ne passerent point : car au reste on luy a trouvé toutes les parties saines, excepté une petite pierre dans la vessie, mais qu'il eust pû garder vingt ans : en sorte que sans cet accident, qui l'a emporté on auroit pû esperer de le conserver encore plusieurs années. Enfin Dieu est le maître, il se faut soûmettre à ses ordres dont les secrets nous sont impènètrables. Ce qui peut consoler est, qu'on n'a gueres veu de personne de ce rang plus veritablement regrèttée. Il mourut le Mecredy sur les 10. *à* 11. *heures du soir, & le Dimanche il me parla de Vous avec toute l'affection possible. Il a fait M. le Cardinal de Noailles executeur de son Testament, qu'il avoit mis entre ses mains, il y a quelque temps, & entre plusieurs legs il en fait un de deux mille escus à son Eglise titulaire d'Albano, & a eu soin de tous les domestiques. Nos bons Peres le regrèttent comme Vous pouvez croire ne pouvant trouver dans quiconque luy succedera l'amitié, la bonté, & la commodité, qu'ils avoient avec luy. Il laisse quinze mille livres à la Maison, sans la charger de rien. Il n'y a que le* רנווי, *qui par une fermeté heroique n'est pas pour celà sorti de Versailles, où il fait des sollicitations à fin de tirer de quoy fournir à la*

à la despense de son ouvrage. Il a fermé desormais la porte aux Italiens, & si le Grand Duc sçavoit ce qui se passe, il ne le laisseroit pas long temps icy.

Lecta hac Epistola a Pontifice, tunc primum, ut paulo ante dixi, abalienatus sese mihi prodidit ejus animus a Renodotio, namque sibi certo constare affirmavit, hominem hunc unum ex iis esse, quos describserat suis in literis, a tribus circiter mensibus ad Cornelium Bentivolum, Apostolicæ Sedis in Gallia Nuncium, exaratis. Idque quum dixisset, inter innumeras schedas, quibus opplebatur tabula, ad quam sedebat, literas easdem sedulo perquisivit, inventasque oculis meis benignissime subjecit. Eas ipsas allatas fuisse reperio in altero Tomo Epistolarum, & Brevium selectiorum Clementis XI. quæ anno 1724. Romæ ex Typographia Cameræ Apostolicæ prodierunt, placuitque mihi magnopere in iisdem ea iterum modo legere, quæ ut coram seipso legerem, idem Pontifex non indulserat tantum, sed imperaverat. Admonet ibidem eundem Nuncium, merum esse, subdolumque Refractariorum commentum, Fautorum nimirum Cardinalis Noallii, qui palam edicere ausi fuissent, Pontificem in negotio Constitutionis a sensibus ejusdem Cardinalis non admodum alienum, quin etiam rem cum eo componendi cupidissimum

mum esse, ac ejusdem notitiam occulta, tutaque via accepisse jactarent, *che non hanno scrupolo di dire, che tenendo essi corrispondenza con Persone, che hanno l'adito frequente appresso di Noi, e godono la nostra confidenza, sanno perciò molto bene, quali sono li nostri veri sentimenti, e come essi vantano, li sanno assai meglio del Nunzio, quale dicono essere ingannato, e che non sa il vero segreto; affermando tutto citò con tanta franchezza, ch'ora mai anche l'istesso Nunzio, per quanto ci si dice, par che cominci à dubitarne, e non sappia che dover credere.* Petiit a me Pontifex, postquam integram illam Epistolam legissem, num mihi quoque videretur, in subdolorum eorum hominum catalogum juste referri posse Renodotium? Cui interrogationi nil aliud demisso capite respondi, nisi consuetudinem a me cum eo homine Parisiis servatam hujuscemodi fuisse, qualem cum eodem servari a Blanchino Præsule admodum cordato observabam, qualemque servandam esse invicem conveneramus, per quam scilicet nostra erga eundem facilitas nihil obesset, quominus ab illo cavendi diligentissime animum attenderemus.

Ultimo loco verba aliquot humanissime Pontifex fecit de penso Historiæ Monasticæ literis mandandæ mihi injuncto, paratumque se exhibuit meis illis lucubrationibus benefice favere. Inde ego occasionem cepi

Sancti-

Sanctitatem Suam exorandi, ut Collectanea de rebus Monasticis a Cornelio Margarino in plures manuscriptos Tomos redacta, & in Arce Castri S. Angeli asservata, mecum communicari mandaret. Annuit illico Pontifex precibus meis. Eo autem thesauro potitus quum fuissem, cogitavi de relinquendo S. Callisti Cœnobio, adeundoque alio S. Pauli extra Urbis muros, quo tranquillius in isto evolvendis Voluminibus illis vacarem. Distuli tamen profectionem hanc usque ad ferias Bacchanalium, nam memini equorum cursum, qui in alma Urbe per easdem fieri assolet, me prospectasse semel ex fenestris ædium Cardinalis Gualterii, & memini pariter ad ipsas eo die convenisse inter cæteros, præter Cardinalem Gualterium, Cardinalem Origum, PROSPERUM LAMBERTINUM (SUMMUM MODO PONTIFICEM) Bartholomæum Masseum, Petrum Paulum Marcolinum, Præsules, Abbatem denique Josephum Simonium Assemanum; nec memoriam meam fugerunt sermones, quos cum hisce omnibus tunc habui, cum Gualterio quidem de rebus Gallicanis, cum Origo de Scriptis, & fortuna Aonii Palearii, cum LAMBERTINO de Antonio Abbate Turellio, in Arce S. Angeli tunc misere incluso, cum Masseo de summa clementia, qua me ante paucos dies Pontifex exceperat, cum Marcolino de irritis conatibus, quos ad me Lutetiæ invisendum adhibuerat,

fru-

frustratis ex suscepta a me per Galliæ provincias peregrinatione, cum Assemano tandem de nupera sua in Ægyptum jussu Pontificis navigatione, pretiosisque Codicibus inde relatis ad Vaticanam Bibliothecam locupletandam. Demum memini (ut hoc etiam addam) occasione mei salutandi usos juvenes quosdam Collegii S. Pauli, ædes Cardinalis Gualterii subiisse, inibi equorum etiam cursum spectaturos, eosque, antequam iste conficeretur, mihi insinuasse, ut curarem sibi ab eodem Cardinali currum (nam omnino advesperascebat) suppeditari ad Cœnobium suum repetendum, huicque postulationi meæ eundem Cardinalem assensisse, addidisse tamen, *Cependant je Vous avoüeray bonnement, que mon Ecurie n'est pas en trop bon état*. Verba ista haud mediocrem mihi mirationem movisse, nequaquam dissimulabo, quod in mentem meam tunc redierint disseminati de ejus Cardinalis ante annum circiter Parisios adventu rumores, quod scilicet eo accessisset causa suscipiendæ Regni administrationis, qualem antea gesserant Mazarinus, & Richelius, Cardinales, ac proinde ad divitias indipiscendas, quæ (aiebam ego) de stabuli paupertate ipsum securum fecissent. Rumores illi quam varios, quam ancipites sermones excitaverint in Parisiensi Aula universa, omnium maxime novit Card. Passioneus, nam absque dubio memoria sua retinet hilares ho-

ras, quas ambo sumpsimus, de inani ea fama vel coram ipso Cardinali, incolumi tamen honestate, ludos facientes, semel quidem, dum levi admodum morbo impeditum eundem inviseremus, rursus vero, dum mensæ Marchionis de Torcy, eodem adstante, consederemus.

Secessus meus in Cœnobium S. Pauli, qui toto Quadragesimalis jejunii intervallo perduravit, opportunitatem mihi maximam largitus est Margarini Collectanea perscrutandi, calamumque Amanuensis mei assidue exercendi. Adiit semel eo tempore ad Cœnobium illud Amelotus, quem frequenter in literis suis Destréus memoraverat, tuncque officiose ad me salutandum accedens, visus est Gallicarum rerum magnopere delectari narrationibus, quas fundere adeo paratum me invenit, ut facile cujusvis argumenti quæstionibus ab ipso institutis responderem. Abstinuimus tamen ambo a verbo ullo faciendo de negotio, cujus causa Romam fuerat ille a Rege ablegatus; jucundumque utrique valde fuit, colloquiis nostris tempus teri præsertim in describendis tot, tantisque itineribus, quibus Galliæ provincias peragraveram; nec dubitavit idem affirmare, se nescire, num Gallus quisquam inveniretur, qui paribus per easdem vagationibus gloriari posset. Aderat cum Ameloto Abbas de Targni, isque antea etiam mei visendi occasionem

Romæ

Romæ ceperat, & utraque vice cum eo pariter mihi placuit omnino abstinere a sermone de ejusdem ablegationis causa. Post Paschalia Festa ad S. Callisti Ædes regressus, æstivos in hisce menses collocavi, monastica Margarini excerpta frequentissime ad manum habens. Hisce ut adjungere valerem Chronici Farfensis exemplar, Cardinalis Francisci Barberini humanitas effecit. Hujuscemodi indulgentiam mecum a Purpurato eo Viro adhibitam mirati admodum sunt P. Abbas de Miro, & P. Leander de Porzia, multoque magis quod ad eandem cumulandam, nitide ille me in prandio apud se accepisset. Studia tamen illa in Monasticas chartas impensa haud obstiterunt, quominus salutationibus me darem seu amicorum, seu etiam Cardinalium. Otthobono, & Priolo, Cardinalibus, ut primo Romam ingressus sum, officia mea detuleram, cujusmodi deposcebat civica inter nos necessitudo. Ex eodem ordine, quos frequentius adivi, ii fuerunt, Ptolomæus, Salernus, Casinus, Fabronus, Vallemanus, Imperialis. Inter istos nemo libentius Gallicarum rerum statum me referentem audiebat, quam Fabronus; at una simul summopere avebat ex meo ore percipere, cujusnam generis forent colloquia, quæ de Constitutione *Unigenitus*, & de Cardinali Noallio cum Sanctitate sua inirem. Inde autem mihi facile erat internoscere,

eidem Fabrono parum gratam accidere suorum quorundam Collegarum, & Casini præsertim, & forte ipsius Pontificis, mitiorem, seu lentiorem in eo negotio agendi rationem. Communicare is mecum consueverat folia quævis impressa, subinde e Galliis sibi transmissa, vicissimque secum a me communicari gaudebat literas, quas inde reciperem.

Quas mense Majo ad me dederat Fleurius, Antistes Forojuliensis, in quibus mentionem fecerat ejusdem Ecclesiæ a se abdicatæ, aut jam jam abdicandæ, a Lancisio quæsivi, an opportunas eas ipse censeret, quæ Pontificis oculis exhiberentur proximo die ejusdem pedibus tertium deosculandis jam mihi, ut certiorem idem Præsul me fecerat, constituto. Imo maxime opportunas, respondit statim Lancisius; nam de causa, qua adductus Episcopus ille Ecclesiam suam cito relicturus foret, nonnulla magni momenti Pontifex ex postremis Nuncii Parisiensis literis resciverat. Nihil amplius de ea causa mihi Lancisius significavit, eandemque alto silentio in suis ad me datis supprimi a Fleurio, easdem legendo Pontifex deprehendit. Hæc autem erat ipsarum summa, *La lettre Mr. dont vous m'avez honoré du 23. Mars m'est revenue par Paris, & c'est la seule, que j'aye receue depuis le mois de Novembre dernier. Celle que Vous aviez addressé à M. le Conte Bardi n'est pas venuë jusqu'à*

jusqu'à moi. Je suis surpris que la mienne ait eu une mesme sort, & je suis faché de touts les obstacles, qui se sont trouvés dans un commerce, qui m'est infinement precieux. A la lenteur avec la quelle vos lettres parviennent jusqu'icy, je ne sçai, si je pourrai avoir la résponse à cette cy avant mon depart de ce Diocése. Je l'addresse à M. de Monaco à fin qu'elle Vous soit rendue plus tost, & je demeureray icy jusqu'au commencement du mois de Juillet. Vous pouvez prendre vos mesures là dessus pour sçavoir, si une lettre de Vous pourra encore parvenir jusqu'à moi en l'addressant aussi à M. le Prince de Monaco. Jusqu'à ce que ce commerce soit mieux reglé, il n'y a pas moyen d'entrer en matiere sur toutes les choses, qui peuvent nous regarder l'un & l'autre, & nous donner une curiosité mutuelle d'en estre instruits. J'ay une vraje impatience de sçavoir comment Vous Vous trouvez de l'air de Rome, & si Vous le respirés avec plaisir. Je n'ay doute, que Vous ne fussiés infinement content de M. Amelot. Je ne connois guere d'homme plus sage, & plus rempli de merite & de vertu. Je lui eusse souhaité une commission plus agreable & moins épineuse à traiter. S'il est encore avec Vous, je Vous supplie de lui témoigner, combien je suis sensible à l'honneur de son souvenir, & le cas, que je fais de son amitié. J'ay fait un Mandement pour dire adieu à mon Diocése, & si je ne puis pas Vous en donner les premices, comme de l'autre, je voudrois au moins pou-

voir Vous en envoyer un Exemplaire ſans qu' il Vous en coutaſt le port. Au reſte je vous ay toûjours connu un ſi bon cœur, mais en meſme tems une ſi grande fermeté, que je ne crains point de Vous annoncer une mauvaiſe nouvelle de la meſme maniere, qu'Homere fit annoncer à Achille la mort de ſon ami Patrocle. Je Vous dirai donc, qu'un des vos chers chevaux Giſt, le cher compagnon de vos voyages & pour le quel Vous aviez tant de tendreſſe, ce pauvre animal n'a pû ſurvivre à la douleur de s'être ſeparé de Vous, & il y a cinq ou ſix mois, qu'il a quitté ce monde. Je ne puis Vous en dire davantage aujourd'uy, & je reſerve les choſes ſerieuſes pour un tems, où je ſerai aſſeûré qu' elles puiſſent parvenir ſeûrement juſqu'à Vous. Perſonne au monde, Monſieur, ne deſire plus quelque part dans l'honneur de vôtre amitié.

Hæc quum Pontifex legiſſet, mox benigne mihi expoſuit quidnam ipſe ſentiret de abdicatione, quam Forojulienſis Antiſtes decreverat, eam ſcilicet ortum trahere ex conferendo quam primo in eundem Præceptoris Delphini Regii munere. Id utique contigit, at poſt mortem tantum Ludovici Magni. Tenere deinde collacrymatus eſt Pontifex graviſſimis periculis, quæ Chriſtianæ Reip. imminebant ex Turcico bello, niſi iis removendis Imperator, Rex Poloniæ, aliique Principes, & quam maxime Veneti, in quorum præſertim ditiones belli ejuſdem impetus jam irruebat, conatus

tus omnes adhibuissent, quibus certe minime defutura pollicebatur Apostolicæ Sedis subsidia. Demum ad Gallica negotia revertens, incredibili clementia dignatus est legendas mihi literas contradere, quibus ante tres menses ultro a se conveniendum Cardinalem Noallium paterna charitate impellente putaverat. Ea lectione absoluta ingenue fassus sum, me non videre, quo pacto idem Cardinalis literis illis acceptis manus statim victas non daret, debitaque proinde reverentia Constitutionem *Unigenitus* & ipse susciperet, & una curaret, ut ab omnibus in Parisiensi sua Diœcesi observaretur. Eas ipsas literas volupe mihi maxime fuit iterum in præsens perlegere in Collectione Romæ impressa, quam paulo ante laudavi. Ferreum profecto pectus ei sit oporteat, qui verbis istis non commoveatur, *Id totum in manu tua est, Dilecte Fili Noster, si scilicet Apostolicæ Nostræ Constitutioni sincera, ac simplici susceptione Te subjicias, eamque in commissa Tibi Diœcesi omnino servari præcipias. Postulat hoc à Te recens omnium pœne per Galliam Fratrum tuorum, imo & aliarum quoque nationum exemplum. Postulat ipsius Ecclesiæ tuæ, quæ in Beati Petri Fide, & Apostolicæ Sedis adhæsione semper excelluit, pax, & tranquillitas. Postulat, ac plane exigit Charissimi in Christo Filii Nostri Ludovici Francorum Regis Christianissimi pietas, in cujus corde tantum Religionis zelum mise-*

ratio divina constituit, ut eam universis Regni negotiis anteponat. Postulat demum vel ipsa tua amplissima Cardinalatus dignitas, qua Sedes Apostolica Te ornavit, sibique non beneficii modo, sed & solemnis Jurisjurandi vinculo magis obstrinxit, atque una cum omnibus aliis Venerabilibus Fratribus ad omnimodam Nobiscum in eodem sensu, atque sententia convenientiam invitat, revocat, & suo quodam jure repetit, atque compellat.

Tandem Pontifex, antequam me e conspectu suo dimitteret, sententiam meam exquisivit de Gallica Versione N. Testamenti per Doctorem Hureum confecta, quam scilicet meo examini a Congregatione S. Officii subjici ipse mandaverat. Reposui, plura jam a me adnotata fuisse tam in Versione, quam in Notis eidem adjunctis, ac brevi paratum me fore ad censuram meam in Sacra illa Congregatione de more recitandam. Quæsivit insuper, an satis amplam Monasticæ eruditionis segetem colligere mihi daretur ex Margarini Collectaneis. Haud dissimulavi ita esse, at una simul subjunxi, caute ea a me legi, quod memoriæ meæ insideret Mabillonii dictum de Casinensi illius Bullario, *Incipit ab insigni mendacio*. Dictum hoc mihi non una tantum vice San-Germanenses Patres memorarunt.

CAPUT

CAPUT V.

De gestis inter morandum in eadem Romana Urbe ab initio Septembris usque ad finem Novembris an. MDCCXV.

MOrs Ludovici XIV. Regis Christianissimi, quæ contigit die 1. Sept. an. 1715. quanto mœrore affecerit Clementem XI. declarant hujus literæ tam ad Ludovicum XV. ejus Abnepotem, & in Regno successorem, quam ad Philippum Ducem Aurelianensem, ejusdem Regni Administratorem. Ambæ datæ visuntur inter Epistolas, & Brevia selectiora Clementis XI. die 20. Sept. hujusce anni. Primarum hoc est exordium, *Acerbissimum Christianæ Reip. inflictum vulnus parum sentire videremur, ubi Majestati Tuæ, qui fuerit dolor noster, ac mœror in obitu clar. memo. Ludovici Francorum Regis Christianissimi Proavi tui verbis explicare conaremur.* Alteræ autem his verbis inchoantur, *Plurima profecto sunt, quæ in ipso Pontificatus nostri primordio (Domino sic permittente, ac peccatis hominum, vel potius nostris Divinam ultionem provocantibus) Catholicæ Religioni tristia, ac luctuosa contigerunt, propter quæ cor nostrum molestissimis curis, ac assiduo dolore conficitur; verum funestissimo accepto nuncio, quo claræ memoriæ Ludovi-*

cum Francorum Regem Christianissimum Patruum tuum decessisse cognovimus, solicitudini, mœrorique nostro maximus plane cumulus additus est. Binis hisce exordiis tertium conjungam, quod præfert Oratio habita in Consistorio a S. Sua die tertio post literas illas exaratas, *Venerabiles Fratres, ingentem dolorem, quem Vos una Nobiscum suscepisse non dubitamus, ubi primum, fama ipsa vulgante, Christianissimum Regem Ludovicum XIV. decessisse audivistis, acerbius hodie renovare, inflictumque animis nostris vulnus exasperare cogimur: dum hoc ipsum tristissimum nuncium Nobis per literas novi Regis, ac Ducis Aurelianensis Regni Rectoris, insignibus utriusque eorum in Nos, & hanc Sanctam Sedem filialis observantiæ notis refertas, nuperrime confirmatum, Vobis ex hoc loco, ut moris est, communicamus*. Scripta hujuscemodi omnia, antequam etiam vulgarentur, Lancisius comperta habens (nam eo nemo, ut passim ferebatur, ex Aulicis Clementis XI. familiarius hujusce arcanis admittebatur) mihi per Urbem spatianti forte fortuna obvium se faciens, & eorundem Scriptorum notitia me donavit, & una simul monitum fecit, ut statim ac ab Episcopo Forojuliensi quidpiam novi de Gallicarum rerum post Ludovici XIV. obitum statu percipere ex ejusdem literis mihi contigisset, rem ipsi significarem, quod ea Pontifici per se ipsum delata, absque dubio ad Sanctissimos pedes

nulla

nulla interposita mora advocarer. Forojuliensis literas a me nonnisi intra mensem Octobrem, quo tempore constitutam fuisse jam intellexeram Pontificis rusticationem in Arce Castri Gandulphi, expectari posse affirmavi, indeque ille subjunxit, me pigere haudquaquam debere, siquidem eæ literæ interea meas ad manus venirent, breve illud iter conficere. At nil opus fuit mea illa profectione; nam literæ ejus Antistitis me convenerunt non Romæ, sed in Albani urbe, ad quam benevole me deduxerat Cardinalis Aloysius Priolus, ut una secum per tres postremas Octobris hebdomadas ibi habitarem.

Eas itaque literas, & quidem copiose scriptas, vix Albani receperam, quum nihil moratus sum ipsemet Lancisium in Castro Gandulphi adire, & æque ille absque mora Pontificem admonuit, me ibidem adesse. Ad eundem ergo post horæ quadrantem admissus, an fausta nuncia afferrem, mox interrogari me sensi, nec enim, inquit, hujusmodi sunt, quæ ad Nos hoc ipso die Parisienses literæ pertulerunt. Scriptas ad me ab Episcopo Forojuliensi nihil ingratum continere respondi, moxque ipsis prolatis, Pontificem rogavi, ut sineret easdem a me ipso recitari, potiusquam ab ipso legerentur, siquidem ejusdem Antistitis ipsamet manu exaratæ non calami ductus, sed arca-

nas

nas tantum notas repræſentabant. Rem ita ſe habere affirmavit Pontifex, viſu quodammodo territus earundem notarum, quare haud ægre paſſus eſt lectoris officio me fungi. Incœpi ergo, *La derniere lettre, Monſieur, dont Vous m'avez honoré eſt du 15. Sept. & celle du 27. Aouſt me fut rendue auſſi aſſés toſt, mais celle du 27. May avoit fait à ſon ordinaire le tour du monde avant de parvenir juſqu'à moi. Vous voyez, que je ſuis bien en reſte avec Vous, & j'avoüe ma faute, mais elle eſt bien excuſable aprés tout ce qui m'eſt arrivé. Je n'ay pas eu un moment à moy depuis que je ſuis icy, & la vie, que je mene, eſt ſi opposée à mes projets, que j'ay regrêtté plus d'une fois ma ſolitude de Frejus. En arrivant j'ay appris, que le feu Roy eſtoit à l'extremité, & qu'il m'avoit fait l'honneur de me nommer precepteur de ſon petit fils par un codicille. S'il avoit eſté en état de m'entendre, je l'aurois ſupplié de me décharger d'un fardeau, qui me fait trembler, mais aprés ſa mort on n'a pas voulu m'écouter, & on m'a répondu, que je ne pouvois reſiſter aux volontés d'un Roy mourant, qui devoyent m'eſtre ſacrées. J'en ay été malade, & je ne me conſole pas de la perte de ma liberté. Voilà, Monſieur, ma ſituation preſente, & ainſi vôtre joye de cet évenement eſt plus grande que la mienne. Je Vous rends mille très humbles graces de la part, que Vous voulez bien y prendre, & je ſerois bien faché de douter de la ſincerité de*

votre

vôtre compliment. Je rendis hier vôtre lettre à M. le Duc d'Orleans, qui me parut fort sensible à votre souvenir. Il me dit en termes exprès qu'il Vous estimoit fort, que Vous estiez un homme d'une grande erudition, & qu'il contoit, que Vous seriez de ses amis. Je rèpondis tout ce qui pouvoit le confirmer dans cette pensée, & je ne doute pas, que Vous n'en receviez de réponse très gracieuse. La crainte de voir renouveller à S. Basle l'histoire des Arnoux me l'a faite quitter, & le feu Roy me donna l'Abbaye de Tournus, qui est beaucoup plus belle, & dont les fastes sont moins tragiques. J'en attends les Bulles incessamment, & je ne sçay, si le S. Pere aura eu égard à la priere, que mon jeune maître & disciple en mesme tems a bien voulu luy faire en ma faveur. Il n'est plus question ni de Concile ni de deposition, & on nous assûre, que tout va s'accommoder à la Satisfaction de Rome, & du Clergé, Pace etiam injusta opus est *& j'espere, qu'elle sera bonne & solide. Je donnerai de mon sang pour la faire descendre du Ciel. Le courrier barbu est à la remise, & ses bottes sont à vendre. Il en a au moins une Croix & il n'a plus de Capucin, que la barbe,* Alter ab integro sæculorum nascitur ordo, & *il faut esperer qu'Astrée Nous va venir revoir. M. le Duc d'Orleans charme tout le monde par son affabilité & son application aux affaires. Il n'y a à craindre que sa santé ne puisse soûtenir un aussi grand travail.*

Je

Je ne Vous ay pas envoyé ma derniere lettre Pastorale 1. *parceque je n'en ay plus, & je croi que l'on peut supprimer toutes les autres raisons après celle là. Si cependant Vous avez envie de la voir, M. le Card. Zondadari en a un exemplaire, que Vous pourriez luy demander. Je n'ay pas encore veu M. Amelot depuis son retour, il est dans le Conseil des affaires étrangères. Quand je serai un peu plus en repos, je vous en dirai davantage. M. le Card. de la Trimouille vouloit cacher la belle action, qu'il a fait en refusant Cambrai, mais elle a esté sceue, & elle est digne d'un cœur comme le sien, & d'un homme de sa naissance. Soyez persuadé, Mon cher Monsieur, qu'en quelque état que je sois, je Vous honorerai & aimerai autant que Vous le merités, que personne ne Vous rends plus justice que moi, & ne connoit mieux le prix de vôtre amitié. J'ay regrètté, que Vous ne fussiés pas d'une condition moins brillante, car je Vous aurois prié de m'ayder à l'education de mon jeune Prince. Personne n'eust été plus capable que Vous de luy former l'esprit & le cœur. J'ay bien peur qu'après avoir lû ma villaine écriture, ne jugiez, que je ne suis pas mesme capable de luy apprendre à escrire. Je suis, Monsieur, avec les sentimens, que je vous ay devoué.*

Quum hæc omnia Pontifex animo summopere intento percepisset, mirari se dixit, quod nulla in iis literis mentio fieret de-

latæ

latæ Cardinali Noallio ab Aurelianensi Duce in Consilii Conscientiæ conventu Præfecturæ. Hæc illa res est, quæ animum Nostrum adeo torquet, subdidit Pontifex, ut nihil magis, consuetaque dignatione sua utens legendas mihi obtulit literas, quas de eo argumento nuperrime ad eundem Ducem conscripserat, eas scilicet ipsas, quæ in Tomo II. Collectionis sæpe laudatæ p. 499. impressæ visuntur. Enitet in iisdem, quemadmodum in reliquis omnibus ex ejus Pontificis calamo profectis, religio, prudentia, ac sapientia, ut a nemine legi possint, quin fateri adigatur, habendas omnino esse pro canone Apostolicarum literarum, quod undique illæ referant, omnimodisque sustineant scribentis personam, qua nihil augustius, nihil inter mortales divinius. Inter cætera his verbis compellat Pontifex Ducem Aurelianensem, *Verum cum animum nostrum nullatenus inducere possimus, Te Principem egregia non minus sapientia & doctrina, quam singulari in Orthodoxam Religionem studio præditum, ac in obsequio erga hanc Sanctam Sedem, ut non semel professus es, nemini secundum, adduci potuisse, ut tanti momenti Præfecturam eidem Cardinali de Noailles deferres, nisi prius compertum, ac prorsus exploratum habuisses, quod ipse quam primum, imo etiam antequam novum hoc munus obire inciperet, officii sui debito cumulate satisfacturus esset, omniaque hac*

in re perperam gesta, congrua emendatione pensaturus; hac una suasione animi nostri ægritudinem temperamus &c. Ingressus fueram ad Pontificem hora vigesima prima, jamque prope erat, ut pulsaret vigesima tertia. Quare veritus Lancisius, ne colloquia, quibus me Pontifex detinebat, diutius adhuc protracta tempus assuetæ vespertinæ deambulationi surriperent, irruit repente libertate usus, quam ipsi largiebatur Pontificii Archiatri munus, in cubiculum, & colloquia nostra abrumpens, *Padre Santo*, inquit, *se ne viene già la notte, e la buon' aria che spira invita al passeggio.* Obstupui, dum eundem hisce verbis a Pontifice repelli intelligerem, *Abbiate pazienza, uscito che sia da Noi or ora il P. Querini, ci conviene starcene due altre ore al Tavolino con la penna in mano, quando bene dovessimo lasciarci la vita.* Vix puto Pontificem alium reperiri posse, qui valetudinis suæ curam adeo neglexerit, ne vel breviter Apostolicas suas occupationes intermitteret, siquidem easdem non intermitti, negotii alicujus natura postulasset. Prolixioris Colloquii mei cum Pontifice rumor Albanum statim pervasit, quare postero die horis matutinis, dum spaciatum de more procederem Cardinali Priolo inserviens, Cardinalis Franciscus Aquaviva, qui forte nobis occurrit, hæc ad me verba fecit, *Cosa avremo P. Querini da scriver à nostri Corrispon-*

rispondenti di Roma del suo tanto lungo tête a tête con Sua Santità? Gran negozi, gran negozi! arrivati sin' ad impedire la solita uscita. Subrisi ego, subrisitque Cardinalis Priolus, nostrumque singuli iter prosequuti sumus. Eidem Priolo omnia jam narraveram, & insuper ejus oculis exposueram breves quasdam literas, quibus me exornaverat Dux Aurelianensis, consentaneas profecto iis Regiæ illius Celsitudinis sensibus, quos mihi testatæ fuerant Forojuliensis Præsulis literæ.

Romam una cum Cardinali Priolo repetii desinente mense Octobri, & post paucos dies jussu Congregationis S. Officii accessi ad sententiam meam coram eadem de libro Hurei superius memorato referendam. Enituit tunc erga me summa benignitas Cardinalium ei Congregationi adscriptorum; nam omnes concorditer latam a me in librum illum condemnationem plene probarunt. Fabronus, & Ptolemæus præ ceteris amantissime gratulati mihi sunt primum illud specimen industriæ a me collocatæ in studio Sacris Congregationibus inserviendi, quo nil antiquius mihi Romæ moranti futurum esse debere affirmarunt. Certior ab iisdem factus Clemens XI. prosperi successus, qui meo illi specimini obtigerat, suum ea de re gaudium incredibili mihi humanitate declaravit; nam die 18. No-

Novembris, quo Dedicatio Basilicæ SS. Petri & Pauli celebratur, ad eandem accedens, oculosque huc illuc, dum gestatoria sella veheretur, convertens, me innumeræ turbæ, quæ ad Plateam ejusdem Templi confluxerat, permixtum conspicatus, statim manu sua mihi indicavit, ut sellæ illi propinquarem, quod quum ego fecissem, tota spectante & mirante ea hominum multitudine gratulatus ipse mihi est verbis benignissimis eundem successum, & præterea præcepit, ut quoniam diem illum transigere statuerat in Vaticanis Ædibus lustrandis, ascenderem & ipse ad easdem, nec a familiarium suorum, quos omnino paucos eo die secum adesse mandaverat, consortio sejungerer. Parui igitur clementissimo Pontificis imperio; isque post semihoræ spatium, quo solus in secreto cubiculo permansit, ad nos egressus universum ferme Vaticanum Palatium circuivit, ei inservientibus de more familiaribus illis, me autem propius ubique consistere jusso ad ejus latus. Ea autem occasione de Gallicis præsertim rebus quamplurima mecum colloquutus est. Vaticana Bibliotheca circuitioni nostræ finem imposuit; quumque meridiana hora jam adventasset, Pontifex sellam gestatoriam, quæ ipsum subsequi nunquam destitit, ingressus, nos omnes benedictione Apostolica donatos dimisit, postquam tamen Lancisium monuisset, ut una

cum

cum iisdem familiaribus sedere ego deberem ad mensam ipsis apparatam. Succurrunt modo memoriæ meæ Commensalium nomina, videlicet Abbas in primis Alexander Albanus, Pontificis ex fratre nepos, deinde Præsules, de Marinis, de Judice, Masseus, Lancisius. Comitati quidem fuerant Pontificem in matutinis deambulationibus bini pariter Cardinales, Paoluccius, & Oliverius; at hi mensæ nobiscum haudquaquam consederunt, sed, ut audivi, ad Quirinales Ædes pro prandio seorsim sumendo remearunt. In iis, quæ dixi mecum habere Pontificem dignatum fuisse, dum ejus lateri hærerem, colloquiis, eidem significare non omisi, nudius tertius alteram mihi Forojuliensis Antistitis Epistolam pervenisse multo adhuc pleniorem, quam prima ipsi exhibita in Arce Castri Gandulphi. Pomeridianis horis opportunam fore lectionem illam, Pontifex mihi respondit. Itaque Lancisius, aliquantulo postquam e mensa surrexissemus, ad Cubiculum ejusdem me deduxit, moxque ut ad ipsum admitterer effecit. Admissus illico, eo jubente, Epistolam, de qua agitur, recitavi, quæ hujusmodi erat, *J'ay receu M. la lettre, dont vous m'avez honoré du 6. du mois passé, & Vous y faites vôtre confession de tous les jugemens étméraires, que Vous avez fait de moy. Comme Vous commencez par Vous accuser, & que Vous en tesmoignez du repentir,*

 je

je ne Vous en differerai pas l'absolution, & je Vous l'accorde à condition, que Vous n'y restomberez de vòtre vie. Vous n'estes point né pour faire des ingrats, & des infideles. Vous sçavez bien garder vos conquestes, & quand Vous recevez moins souvent de mes nouvelles, Vous devez en accuser l'infidelité de la poste & non la mienne. A la maniere dont M. le Duc d'Orleans me parla de Vous, je ne doutai pas que Vous n'en reçussiez une réponse très gracieuseuse, & je fus ravi de voir ce que ce Prince pensoit de Vous. Puisque Vous estes venu à bout de déchiffrer ma mauvaise escriture, je continue à ne point employer de main estrangere, pour Vous escrire plus librement. Une femme d'esprit disoit librement dans un cas pareil, qu'il n'y avoit que les sots qui ne pussent pas lire ce qu'elle escrivoit. Je ne suis pas assez hardi pour en dire autant, mais je croi pouvoir pretendre au moins, que mes lettres ne doivent pas être plus indechifrables que les anciens Manuscrits, qui Vous coûtent si peu à lire. Je ne puis vous rien dire de la paix de l'Eglise, & je ne sçais plus où l'on en est sur celà. Vous aurez sçû par le Courrier de M. le Nonce, ce qui s'est passé en Sorbonne dans les deux dernieres assemblées. Ce sont de ces tumultus gallici *qui effrayoient autrefois si fort les anciens Romains, & pour les quels touts ceux, qui estoient en âge de porter les armes, estoient obligés de les prendre. Je ne croi pas, que Vous deviez faire le mesme honneur*

neur aux Docteurs, mais tout ce qu'on en peut conclure, est, que ce corps est bien gâté & devoué au parti opposé à Rome. Les esprits sont fort échauffés, & la matiere disposée à un grand embrasement. Je ne suis pas étonné des Maximes Romaines que Vous embrassés, Vous y avés esté nourry, & les avés sucées avec le lait. Nous ne devons pas pretendre de Vous en defaire, & il faut que chacun demeure dans son opinion, & ne la poussant pas plus loin qu'il ne faut, & en la contenant dans les bornes des opinions. Le mal est, que dans les disputes l'on passe toûjours ces bornes, & que l'on en use comme Remus *l'un de vos Fondateurs, qui sauta à pieds joints par dessus les retranchemens de* Romulus. *Je croi, que M. le Card. de Noailles souhaite la paix, & qu'il voudroit l'avoir de tout son cœur, mais il est lié à des gens* atrocis animi, *qui veulent* clarescere magnis odiis. *Ciceron dit dans quelqu'une de ses lettres, que les chefs sont forcés de permettre beaucoup d'injustices à ceux, qui sont de leur parti. Il en est de mesme dans les guerres de Religion. Les esprits les plus pacifiques ne sont pas ceux qui sont le plus escoutés, & on est presque toûjours emporté par les plus échauffés, & les plus violens. Ce qu'il y a de plus certain est, que jamais on n'a eu tant de besoin de sagesse, & de prudence. Tout a pris parti, & il n'y a point de Mediateurs. Nous aurions besoin de* si forte virum quem *de Virgile pour calmer les*

ſtots, qui agitent nôtre Egliſe, mais des qu'on eſt moderé, & qu'on n'a, que des paroles de paix, on ſe rend ſuſpect aux deux partis. Celuy que Vous propoſés eſt tout bon, & il y a long tems que je l'avois écrit à feu M. le Card. Deſtrées, & à d'autres, mais pluſieurs des adherans à M. le Card. de Noailles n'en veulent pas entendre parler. Pace etiam larvata opus eſt. *Il faut eſperer, que le S. Pere trouvera des moyens de nous la donner, & je voudrois l'acheter de mon ſang. Je ne vois, qu'avec une douleur infinie tous ces malheurs, dont nous ſommes menacés, & j'en ſuis quelque fois éffrayé.* Deus omen avertat. *M. le Duc d'Orleans a les meilleures intentions du monde, & connoit la neceſſité de finir toutes ces diviſions. En voilà plus que je ne croyois Vous en dire, & peut être plus qu'il ne convient à une lettre qui paſſe les Alpes. Je n'ay point examiné le nouveau Teſtament de M. Huré parce qu'à peine eſtoit il connu dans mon Diocéſe, mais j'ay oüi dire à des gens qui l'ont lû, que ſa Verſion reſſembloit fort à celle de Mons. Il a ajouté des notes courtes à une ſeconde edition, qui ſont copiées preſque mot pour mot de celles du P. Queſnel, & qui le font connoître pour un franc Janſeniſte. Je ſuis fort aiſe que Vous ſoyez content de ma lettre Paſtorale. Je n'ay pas encore des nouvelles de mes Bulles. J'eſpere de ſa bonté de Sa Sainteté qu'elle voudra bien honorer la place, que j'ocupe, comme ſes Predeceſſeurs l'ont fait dans la perſonne de feus*

feus Messieurs de Meaux & de Cambrai. Je ne croi pas aussi avoir demerité du S. Siege pendant mon Episcopat. M. le Cardinal Ottobon m'a honoré d'une réponce très gracieuse, & je Vous supplie de lui dire, que je me suis acquitté de ses ordres auprès de mon jeune Maître & disciple, à qui je le fais regarder comme un serviteur très zelé pour ses interests. Aymés mois toûjours, Monsieur, & ne doutés jamais de mon estime, & de mon respect pour Vous.

Ea lectione absoluta, pauca omnino verba subjunxit Pontifex, se videlicet magis magisque mirari, Epistolæ scriptorem rursus abstinuisse a mentione ulla facienda primi subsellii Cardinali Noallio destinati in Consilio Conscientiæ. Idque quum dixisset, mihi ad ejus pedes provoluto, & paucos post dies ad Neapolitanorum Coenobiorum Archiva exploranda profecturo Apostolicam benedictionem est impertitus. Causam parsimoniæ in eo pomeridiano colloquio a Pontifice servatæ, antequam etiam e Vaticano Palatio excederem, Lancisius mihi declaravit, nimirum valetudinem Pontificis, quæ repentino morbo tentari incipiebat, eo ipso scilicet, ex quo graviter postea ægrotavit.

CAPUT VI.

De lustratis a mense Decembri an. MDCCXV. usque ad Octobrem an. MDCCXVI. Monasticis Regni Neapolitani Archivis, videlicet Casinensi, Aversano, Neapolitano, Cavensi.

AMplissimam Monasticarum chartarum segetem colligendi copiam mihi fecerunt peregrinationes, quibus deductus fui ad invisenda potiora Regni Neapolitani Tabularia. Id autem postquam dixi, lemmati hujus Capitis satisfecisse affatim mihi videbor; nec enim quisquam erit, qui a me deposcat hoc loco in propatulo poni earundem chartarum seriem, eoque pacto rerum mearum Commentarium in Archivorum descriptionem transformari. Operæ itaque pretium facturum me puto, si ab hujuscemodi descriptione prorsus abstinens, calamum convertam ad explicandas rationes a me initas in curanda provincia, cujus causa ea itinera suscepi, ea Archiva perlustravi. Easdem palam feci in Dissertatione superius citata. Inde igitur excerpam, quæ implendis hujusce Capitis paginis aptiora esse arbitrabor. Principio gratulatus ibidem sum Casinensium Præsulum Senatui, quorum sapientia decretum fuerat, ut e nostris unus veteribus Cœnobiorum

biorum monumentis conquirendis, eruendis, atque illuſtrandis incumberet, quo conſtaret, Italos quoque Cœnobitas in commemorandis Patrum ſuorum geſtis exterarum gentium ſtudium, atque conatus æmulari, Italos quoque eruditæ antiquitatis pretium, utilitatemque æſtimare, ac proinde propulſaretur invidia illa, qua antea onerabamur „Quod doctiſſimi Viri ad „Italiæ Provincias ex remotiſſimis regioni„bus profecti nihil ſibi antiquius eſſe præ„ſeferebant, quam ut ad Cœnobiorum no„ſtrorum Bibliothecas, & Tabularia velut „ad intactas fodinas convolarent, ibique „latentes omnigenæ eruditionis divitías „eruerent, quas poſtea in patriam redu„ces magnifice oſtentarent, & tanquam „Italicis Spoliis onuſti, præter modum ſu„perbirent; dum interea Nos ipſi, ſeu „opum noſtrarum ignari, ſeu deſides, ut „illis videbamur, literariique hujusmodi „laboris impatientes, ſcrinia noſtra pere„grinis manibus compilata, prædasque ex „agris noſtris abactas tacito vultu ſpecta„remus. Acciditque non raro merces no„ſtras, vetera ſcilicet monumenta, ad ex„teras regiones convectata adſcititio fuco, „& ceruſſa peregrina, quin quibusdam ve„luti præſtigiis ita ornari, componi, at„que interpolari, ut poſtea publici juris „facta, ſeu Italicæ gentis jura, dignita„temque imminuerent, ſeu noſtrorum

„Principum auctoritati grave vulnus infli-„gerent, seu Romanorum Pontificum ma-„jestatem violarent, quin etiam Ecclesia-„sticam in universum disciplinam, & san-„ctissima Fidei nostræ Dogmata, quantum „in ipsis erat, labefactarent atque convel-„lerent. Perinde quasi audaces illi nostro „patrimonio non satis sibi divites effecti vi-„derentur, nisi illud ipsum in labem, at-„que perniciem nostram converterent, qua-„si etiam splendido epulo excepti convivæ „innocuas escas pestifera tabe, qua ipso-„rum laborant præcordia, primum cor-„rumperent, dein vero lethales halitus, „grati veluti animi argumentum, afflarent. „Fuere quidem, fatemur enim, ex ipsis „nonnulli, probitate non minus, quam „doctrina excellentes, quibus Bibliothecas, „& Archiva nostra patuisse quammaxime „gaudemus, quippe qui congestis opibus „literariam Rempublicam ita locupletarunt, „ut eo se propius a veritate, quo longius „ab Italici nominis offensione abesse com-„monstrarent. At offensio hæc ipsa erat, „atque admodum odiosa, quod hujusmodi „homines per immensa itinerum incom-„moda Italiæ Cœnobia adeuntes, thesau-„ros effodiant, eripiant, avertantque, „quos Nos veluti damnosam hæreditatem „repudiare, atque aspernari videamur. „Remque proinde vehementer pudendam „iidem ipsi postea clamitabant, quod Itali

„Cæno-

„Cænobitæ non externarum tantum, ſed „domeſticarum etiam rerum notitias ex alie„nigenarum eruditis lucubrationibus hau„rire cogeremur, eosque vocibus illis com„pellare, quibus olim Tullius Varronem „alloquebatur: *Nos in noſtra Urbe peregri„nantes errantesque Tui libri quaſi domum re„duxerunt, ut poſſemus aliquando, qui ubi „eſſemus agnoſcere, Tu ætatem Patriæ, Tu de„ſcriptiones temporum, Tu Sacrorum jura, Tu „Sacerdotum, Tu domeſticam, Tu publicam Di„ſciplinam, Tu ædium, regionum, locorum, Tu „omnium Divinarum, Humanarumque rerum „nomina, genera, officia, & cauſas aperuiſti.* „

Deinde de publica, medii præſertim ævi, tam Eccleſiaſtica, quam Politica Hiſtoria Monaſticarum ope chartarum illuſtranda in hunc modum diſſerui, „Ego vero Mona„ſticis Italiæ rebus deſcribendis deſtinatus, „illico cogitavi, non eas mihi tantum „partes impoſitas, ut ſeu Præpoſitorum „noſtrorum ſeries, ſeu piorum Aſcetarum „res geſtæ, ſeu facta illa, & eventa, quæ „clauſtrorum anguſtiæ circumſcripſerunt, „ad hominum notitiam literis commenda„ta deveniant, ſed magnopere etiam eni„tendum, ut Monaſticis ſcriniis ſumma di„ligentia excuſſis in publicam lucem edu„cerem pleraque Monumenta, quibus me„dia Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ſæcula, veluti „novo eruditionis lumine colluſtrentur.

„Atque

„Atque ubi primum avidos oculos, ma„nusque rapaces in noſtrorum Tabulario„rum Arcas injeci, illico perſenſi mate„riem operis ſatis amplam meo propoſito, „atque conatui abunde reſpondere, qua „videlicet non Monaſtica tantum, ſed pu„blicæ etiam Hiſtoriæ magna pars mirifice „explicetur. Chartulas ipſas, quæ jeju„næ omnino, & miſeræ videri poſſent, „quibus nempe privati Contractus memo„ria, eaque implexis, & ſquallidis verbis „expreſſa continetur, Chronologicæ rei „adjuvandæ, difficilioribusque ejus nodis „diſſolvendis maxime inſervire comperi. „Siquidem, prout illorum temporum uſus „ferebat, non Dominicæ Reparationis an„nis, unde nihil ferme eruditionis expiſca„ri liceret, ſed Romanorum Pontificum, „Imperatorum, Regum, aliorumque Prin„cipum temporariis notis conſignabantur. „Omnis autem eruditionis expers, & „prorſus inficetus habendus eſt ille, qui „hujusmodi Chronologicarum notarum u„ſum non norit, quæ ſcilicet, quamvis „minutæ & tenues appareant, frequenter „ad maximas dirimendas controverſias uni„ce faciunt, indeque quorundam facto„rum, de quibus non Eruditi tantum, „ſed Sacerdotium aliquando, & Imperium, „quaſi pro aris, & focis acerrime digla„diantur, ſeu veritas, ſeu falſitas, tanquam „Lydio lapide comprobatur.„ Attamen ut

ut quisque intelligeret Monasticæ inprimis Historiæ explanationem maximopere mihi cordi futuram, hæc statim subdidi, „Cavebo tamen quam maxime, ne Cœ„nobiorum nostrorum rebus illustrandis „insudantem ita Chronologica hujusmodi, „aliaque ad publicam Historiam spectantia „veluti abripiant, ut expansis immenso „pelago velis, litoris, unde solvi, ripa„rumque, quas primum radere cœpi, quo„dammodo oblitus, non amplius norim „institutæ navigationis cursum moderari. „Cavebo pariter, ne tot exempla virtu„tum, quibus Monastica scatet Historia, „ne religiosissimam vivendi disciplinam, „ne sanctissimos Veterum Cœnobitarum „mores, uno verbo, ne Ascetica hæc, „tanquam minuta, & privata nimis, non „justa, sed perfunctoria tantum opera, „parciusque, quam par est, consectemur. „E contra hæc illa esse, quæ in Mona„stica Historia attentius a Cœnobitis spe„ctari debent, procul dubio existimamus, „Sanctorum scilicet Monachorum res ge„stæ, ut nimirum, cum studium nostrum „in piorum Virorum factis memoriæ pro„dendis consumamus, id magnopere con„sideremus, nihil nobis esse committen„dum, quamobrem eorum, quos lauda„mus, nos non simillimos præbeamus, ut„que nobis majorum veluti imagines in„tuentibus vehementissime animus ad vir„tutes

„tutes accendatur, crefcatque in pecto-
„noftro ea flamma ex rerum geftarum m
„moria, neque prius fedetur, quam vir-
„tus, eorum famam, atque gloriam adæ-
„quaverit."

Exarfi poftea vehementer ad refellendam Criticorum audaciam, qui nimis temere de veterum chartarum finceritate fufpicantur, „Apage (fcripfi) homines quosdam „maleferiatos, quibus in mentem venit „Monafticorum Tabulariorum fidem om-„nem elevare, Monachisque teterrimam „vitiatorum Diplomatum, fuppofitarumque „fchedarum invidiam conflare. Propulfa-„vit hujusmodi calumniam doctiffimus Ma-„billonius in egregio opere de Re Diplo-„matica, apertiffime demonftrans, quod „in veterum libris, ac fcriptis, quod in „publica moneta, aliisque paffim rebus, „idem etiam accidiffe in Diplomatis, in „quibus corrupta quædam, aut interpolata, „nonnulla etiam temeraria fraude conficta „funt; nullum fanctius ævum quam nafcen-„tis Ecclefiæ, & tamen quanta falforum „Scriptorum monftra ementitis Apoftolo-„rum, aliorumque Virorum illuftrium no-„minibus perfonata pepererit ætas illa, do-„cere inter alia Gelafii Papæ cenfuram, qui „apocryphas, falfasque Scripturas a veris „accurate difcrevit. At ficuti neque om-„nes libros, neque genuina Patrum Opera,

„neque

„neque monetas denique omnes rejicimus „propterea quod in nonnullis imposturæ, „& vitia quædam retecta sunt, ita nihilo „minus nefas esse vera diplomata ob quo„rundam depravationes rejicere; nullum „esse hominum genus, a quo tam multa, „quam a Monachis sinceræ antiquitatis „Monumenta pura, illibataque acceperi„mus, adeo ut Historiæ ea pars, quæ ve„tustis chartis, instrumentisque contine„tur, manca, sterilis, ac prope nulla es„set, nisi ex Archivis Monasteriorum pe„teretur. Actum mehercle foret de om„ni Antiquitatis studio, si liceret adversus „veterum Monumentorum fidem, atque „auctoritatem hominum animos vagis qui„busdam suspicionibus occupare; queri„murque vehementer, hac nostra præser„tim ætate quibusdam, qui Criticen professi, „ejus tamen fines, & modum ignorant, „volupe esse, Historiam omnem Sacram, „atque Politicam scrupulis, & dubitatio„nibus farcire, eosque tunc sibi vere do„ctos videri, cum Scepticorum more nihil „ipsi dogmatis afferentes, reliquorum om„nium sententias evertant. Faciunt pro„fecto homines isti, ut nimis intelligen„do nihil intelligant, & cum ratione de„sipiant. Stet itaque sua Monasticis char„tis authoritas, ac fides, illisque se plu„rimum debere publica Historia ingenue „fateatur.„

Insti-

Instituitur deinde a me quæstio, num magis expediat publicam Historiam, quæ ex Monasticis chartis eruatur, Monasticis ipsis narrationibus intexi, vel seorsim ab ipsis collocari „Porro (hæc mea sunt verba) „diu multumque cogitavi, num ea, quæ ex „Monasticis Monumentis excerpta publi„cam tamen historiam respiciunt, ita Mo„nasticis narrationibus essent intexenda, ut „cum illis eandem quodammodo compa„gem efficerent, & in unum veluti corpus „coalescerent; an vero expediret illa seor„sim posita singularibus commentationibus „explicare. Et quidem prior ratio statim „arrisit, namque videbantur Monasticæ „narrationes aridæ quandoque, & exiles, „si publicis jungerentur, ingens inde pre„tium, atque ornamentum accepturæ, at„que adeo legentium palato veluti condita „cibaria jucundiores futuræ. At postea con„silii pœnituit, atque optimum factu existi„mavi, si alteram scribendi rationem secu„tus publica a privatis, aliena a domesticis „secernerem; quandoquidem si hæc omnia „in unum commiscerentur, & Monasticæ „Historiæ membra quodammodo luxari „contingeret, & Adnotationes illæ, ex „quibus, ut speramus, haud exigua lux „Ecclesiasticis Annalibus affulgebit, seu „brevi omnino stilo forent perstringendæ, „seu fusius tractatæ nil aliud nisi parerga, „& purpurei, qui late splendeant, panni „Mona-

„Monasticis, ut ita dicam, Cucullis assuti „viderentur. Præterquam quod non ita „domesticæ gloriæ amor nos fallit, quin „videamus, multo avidius Ecclesiasticam, „quam Cœnobiticam Historiam in opere, „quod molimur, a plerisque perquisitum iri, „quos certe valde delectabit singula argu„menta singulis Dissertationibus exposita „reperire, eaque libero pede, nihil moræ „afferentibus Monasticarum rerum minutiis, „ut videri possent, ac salebris, percurrere.

„Hoc vero non ita intelligimus, ut om„nes prorsus publicarum rerum notitiæ a „Monasticis Actis sint ablegandæ, illas ete„nim, quæ hujusmodi sunt, ut ad Mona„sticam Historiam vere pertineant, illique „arcto jungantur nexu, nequaquam animus „est violenter a reliquo corpore divellere, „ac quodammodo dilaniare, alioquin com„munem navem cum socio dividere videre„mur. Consilium nostrum eo tantum spe„ctat, ut ea, quæ licet ex Monasticis scri„niis deprompta parum tamen, aut nihil „faciunt ad Monasticam Historiam illustran„dam, si publicam seu Ecclesiasticam, seu „civilem clariorem reddant, ea, inquam, „singularem locum in Sylloge Dissertatio„num inveniant. Adsunt in Tabulariis „nostris quamplurimæ Chartulæ, in qui„bus nihil Monastici est, quod eruamus, „nisi Abbatum, aut aliorum præpositorum

„nuda nomina, eæ tamen, si curiosis ocu-
„lis introspiciantur, conferantur, vertan-
„turque in omnem partem, & veluti tor-
„queantur, incredibile est, quantus inde sæ-
„pissime exquisitæ eruditionis succus expri-
„matur. Ex illis nimirum Romanorum
„Pontificum, & Imperatorum involuta Me-
„dii ævi Chronologia accuratius explicabi-
„tur, Dynastarum, qui per ea tempora
„Italiæ provincias gubernarunt, incerta ad-
„huc Genealogia, & Series figetur, nobi-
„liorum apud nos Familiarum antiquitas
„comprobabitur, Longobardici Regiminis
„forma innotescet, Geographica id ætatis
„Italiæ Descriptio dignoscetur, Barbarici
„Imperii Jurisprudentia illustrabitur, Ec-
„clesiasticæ obscuris illis temporibus Politiæ
„status apparebit: apparebunt etiam Oecu-
„menicæ Romanorum Pontificum potesta-
„tis certa ubique vestigia, nec ea quidem
„recens in spissa illius ætatis caligine signa-
„ta, aut ex stupenda, ut quidam com-
„menti sunt, Episcoporum, reliquorum-
„que Clericorum inscitia, & vetustorum
„Canonum ignorantia profecta, sed altius
„pressa, & primevæ antiquitatis, Aposto-
„licorumque temporum consensu firmata.
„Denique, ut uno verbo dicam, omnis
„Mediorum Temporum Eruditio obscura
„adhuc, & cœca, ut effossum e terra au-
„rum, perfractis Monasticorum Tabulario-
„rum repagulis in hominum conspectum,
„utili-

„utilitatemque prodibit. Hæc, inquam, „omnia si separatim a Cœnobitica Historia „locentur, hoc minime erit membra a suo „corpore distrahere, sed suam quibusque „sedem assignare.„

Tandem explicatur con lium Monasticon Italiæ conficiendi instar Anglicani a Rogero Dodsvvorthio, & Gulielmo Dugdalio compositi, potius quam Annales, eorum instar quos Mabillonius contexuit „Ut prom„ptior investigationum nostrarum fructus „obveniat, eam inivimus rationem, ut non „universam Italici Monachismi Historiam „uno, eodemque opere, atque contextu „complectamur, sed illam per Cœnobia „dispertientes Monasticon potius Italiæ An„glicani instar describamus. Namque si „Annales, ut Mabillonianos componere „animus esset, post lustratos tantummodo „Italiæ angulos omnes, post excussas Bi„bliothecas universas, & compilata Tabu„laria, postque immensam propemodum „veterum Schedarum supellectilem undique „corrasam de opere construendo cogitare „liceret; e contra singularibus lucubratio„nibus singulorum Monasteriorum Histo„rias in scripta redigentes illud conseque„mur, ut congestis memoriis duorum, vel „trium Cœnobiorum, aut quotquot ad u„num justæ molis Volumen concinnandum „necessaria esse comperimus, calamum il-

„lico ſumere manumque operi admovere „permittamur. Suam habet utraque Me„thodus tam Annalium, quam Monaſtici „utilitatem, ac laudem, & Annalium for„taſſe magnificentior, ac ſplendidior repu„tabitur, at Monaſtici longe expeditior, „multoque oportunior viſa eſt uſui erudi„torum, quos, ut ſperamus, magis juvabit, „ſingillatim cujusque Monaſterii memorias „unico contextu explicatas, & illuſtratas „reperire, quam illas huc, & illuc diſper„ſas, & in minutiſſimas partes conciſas, „aliisque omnino diſparibus colligatas ex „pluribus Voluminibus aſſiduo, & faſtidio„ſo evolvendorum indicum incommodo „expiſcari. Ad finem autem cujuscumque „Tomi, ſeu, ut melius, cujuscumque lu„cubrationis ampla Diplomatum, & Vete„rum Chartarum accedet Mantiſſa. „

Quum ſatis ex meæ illius Diſſertationis fragmentis hucusque recitatis innoteſcant & initæ a me in perſcrutandis Monaſticis Archivis rationes, & ſuſcepta conſilia in adornando opere, cui Caſinenſe Senatus-Conſultum calamum meum applicuerat, oportet profecto, antequam Caput hoc concludam, eos a me nominari, qui ſeu meis illis perſcrutationibus, atque conſiliis multum contulerunt, ſeu aditum mihi aperuerunt ad ineundam cum doctis Neapolitanis conſuetudinem. Primo autem loco nomi-

nominari meretur Erafmus Gattola, Cafinenfis Archivi præfectus. Antiquitatis, & Ecclefiafticæ eruditionis peritiam, qua ille excelluit, meritis laudibus exornat Marianus Armellinus in Biblioth. Benedictino-Cafinenfi, catalogum ejus lucubrationum recenfens, & quæcumque de ejusdem in literas, Literatosque amore, ac beneficentia narrant Viri Clariffimi afferens. Ejus promerita in Mabillonium, & Ruinartium haud femel mihi Parifiis teftatus eft Renatus Maffuetus, imo epiftolam eam ipfam ad Gattolam a fe datam, atque ab Armellino memoratam oculis meis exhibuit, qua fcilicet eundem exorabat, ut munifice fibi quoque conferret, quæ ad illuftrandam Benedictinam Italiæ Hiftoriam conducere videbuntur, fubfidia. At piaculum me admittere arbitrarer, nifi absque ulla mora fubjungerem Alphonfi Maricondæ mentionem, Præceptoris olim mei amantiffimi. Obtinebat Vir ifte doctiffimus, quo tempore Neapolim acceffi, primariam S. Theologiæ Cathedram in ejus urbis Univerfitate, hæfitque fidus Achates lateri meo, feu dum Monafterii S. Severini chartas evolverem, feu etiam dum ejus urbis Literatos inviferem. Memini ab eodem pluribus vicibus deductum me fuiffe ad Cajetani Argenti Academiam, ibique de facie, & de alloquiis noviffe præter Virum illum celebratiffimum, Nicolaum Capaffium, Vincentium Hippolytum, Nicolaum

Cyrillum, Constantinum Grimaldum, Dominicum de Aulisio, &, ni fallor, Petrum Jannonium. Mirum, ni ibidem etiam noverim Ignatium Mariam Comum Neapolitanum, & Florentinum Patritium, cui literarum me in præsens necessitudo conjungit, quique aliquando suis carminibus nomen meum, prorsus immeritum, ornare dignatus est; mirum, inquam, nam quadraginta annos natus jam ille erat, dum ego Neapolim appuli, teste ipsomet in elegantissimo Carmine, quo Vitæ suæ seriem descripsit, quove munere nuperrime nos donavit Clariss. Lamius in Append. T. II. Memorab. Italor. nam ibidem ortum ille traxisse se prodit eo ipso anno, quo BENEDICTUS XIV. feliciter regnans,

Anno nimirum, quo limina quatuor Ædium
Urbs æterna suis reserata fidelibus obfert,
Quem merito dixere pio cognomine sanctum,
Æthereas auras hausi, quo mense vel anno
Lambertinorum quoque Sanguine Prosper ab alto
Hauserat, excelsa qui nunc super arce Quirini
Romanus dat jura Pater &c.

Doluit mihi vehementer Patrem Parthenium Giannetasium superstitem haudquaquam reperire, quippe qui paucis dumtaxat mensibus, antequam Neapolim adventarem, obierat; at in vivis degebat Pater Dominicus Viva, quo neminem Neapoli frequentius invisi. Frequentissime autem colloquen-

loquendi cum Paulo Matthia Doria occasionem mihi dederunt Residentis Veneti Capelli ædes, ad quas quotidie accedere consueverat Doria, haud minus quam ego. Multa ille mecum sermocinatus est præsertim de suo libro, *della vita Civile*, & de orta ex eo necessitate librum alium vulgandi, cui titulus, *Ragionamenti indirizzati alla Signora Donna Aurelia d'Este, Duchessa di Limatola, ne' quali si dimostra la Donna in quasi tutte le virtù piu grandi non esser all' Uomo inferiore*. Duce eodem Doria crebro alloquutus sum Matthæum Ægyptium, Jo. Baptistam de Vico, Nicolaum Amentam, & Valletam juniorem.

Nil dicam de Alexio Symmacho Mazochio, quem puto Capuanæ Ecclesiæ sacris eo tempore ministrasse, Canonici munere jam insignitum. Quanti modo faciam Viri hujus eruditionem, testantur plures mearum Decadum literæ ad eum datæ. Unas ex istis, nempe penultimas Decadis secundæ, hoc loco memorandi ansam mihi tradit par ægritudo, qua, dum ista imprimuntur, detineor, ac illa, qua detinebar, dum easdem, quemadmodum ibidem prodidi, Romæ exararem; incommoda scilicet affectio in extremis pedum partibus, profecta quidem ante sex, & amplius annos ex socordia a me admissa in studiis vacando per aliquot horas antelucanas hiberna tempestate, pedibus calceorum præsidio nudatis;

contra vero orta ipsa in præsens est ex igne, cui studiis pariter vacans per septem integros menses (nam totidem hyems hoc anno perduravit) assedi, pedibus ursina pelle undique convolutis, ac proinde ex hujus, & ignis calfactu sensim, ut ajunt, sine sensu veluti adustis, atque concoctis eorundem malleolis, quæ pars damnis hujusmodi facile obnoxia est ex mollium fibrarum, nervulorumque frequentia, unde contexitur. Ea vero parte sive ex frigore, sive ex humiditate, sive ex calore vitiata, nil mirum, si turbato inde humorum cursu totum etiam corpus incommodo afficiatur. Vitium autem illud, quemadmodum olim, ita nunc quoque nil minus quam spasmum progignit, siquidem læsam eam partem corporis onere gravari contingat. Sin vero ista lecto affixa jacere sinatur, morbi, quo urgetur, significationem ullam vix prodit. Faxit Deus, ut præsens mea ista ægritudo, prioris instar, sola ejusdem lectuli quiete, hacque a literariis occupationibus nunquam dissociata, evanescat. Maximam utique erga me Dei ipsius bonitatem in hoc etiam agnosco, quod eo morbo me teneri permittat, cui neque dolor, neque tædium conjungatur. Ægrotanti nihil optabilius hujuscemodi felicitate; dum tamen nil levius vitæ usura per aliquot adhuc annos protracta, præsertim *Condita cum tibi sit jam septuagesima messis.*

Dedu-

Deduxit me præterea (ut e diverticulo in viam revertar) idem Mariconda ad lustrandum parvum Cœnobium Sancti Benedicti Plagæ, vulgo *Chiaja*, quod eo tempore regebat Benedictus Laudati. *Floruit hic* (ut ea verba usurpem, quibus eundem celebravit Marianus Armellinus in Biblioth. Casin.) *temporibus nostris tam Scholasticis disciplinis, quam Juris Ecclesiastici, linguarumque Græcæ, & Hebraicæ haud mediocri peritia. Philosophiam, ac Theologiam in eodem Monasterio* (S. Severini, in quo colla subdiderat Monastico jugo) *plures annos explicavit reconditæ doctrinæ fama, qua permota Neapolitana ipsa Civitas publicum Rationalis Philosophiæ Lectorem ipsum elegit. Romæ postea in Divi Anselmi Collegio, quod in Ædibus S. Callisti jam dudum erectum fuerat, Sacros Canones fere per triennium est interpretatus.* Inter eruditos sermones, quos habui cum eximio Præsule isto, memorare huic non omisi chartas, quotquot in Archivo S. Severini diligenter versaveram, exscribendasque curaveram, deprehendique eas omnes multo ante ab eodem exploratas fuisse, quod a viginti circiter annis vacasset brevi Chronico S. Severini contexendo. Opus istud manuscriptum oculis meis humane subjecit. Silentio autem hoc loco non prætereo, diligentem pariter Chronistam nactum me fuisse in Monasterio Cavensi, videlicet Marinum Albritium, qui quum celeberrimo

ejusdem Tabulario præfectus foret, ut idem commodius, utiliusque redderet, toto conatu incumbebat. Exhibuit ipse mihi laboriosa, & prolixa Volumina, quibus conscribendis, digerendisque occupatus tunc erat. Antea vero confecerat Chronologiam Cavensem novem Sæculorum, scilicet ab anno 875. usque ad annum 1654. De eo ipso Tabulario insigniter meritos olim fuisse Alexandrum de Rodulphis, & Augustinum Venerium, ipsemet Albritius sincere mihi testificatus est, affirmavitque præterea postremum hunc Salernitanas etiam chartas, & S. Mariæ de Veteri extra Salerni muros, ordinasse. Utriusque laborum oculatum me insuper testem esse voluit manibus meis contradens plura Volumina ab iisdem conscripta. Tot literariis Neapolitani Regni dapibus, quarum in medium afferendarum maximam mihi ansam præbuit Præceptor meus Mariconda, finem tandem imponat, cupediæ instar, narrata mihi ab eodem facetia de Abbate, qui S. Severini Cœnobium tunc moderabatur. Hic antiquus dierum, novæque literaturæ, quæ in suo Cœnobio florebat, parcus æstimator, ne dicam contemptor, quoties a Monachis rogaretur, ut aliquo libro recens in lucem edito Bibliothecam instrueret, nil aliud respondebat, nisi *Leggìte tutti quelli, che vi son, e pò ne avrìte de nuovi quanti ne volìte.*

CAPUT

CAPUT VII.

De reditu initio Novemb. an. MDCCXVI. ex Neapolit. peregrinatione ad Romanam Urbem post brevem moram Albani ductam, aditumque ea occasione Tusculum; pariter de lustratis a Pontifice solemni pompa libris Orientalibus Bibliothecæ Vaticanæ addictis; ac tandem de nuncupata, oblataque eidem Dissertatione de Monastica Historia mense Aprili an. MDCCXVII.

EX Neapolitanis circuitionibus Romam regressus sum medio Octobri, seu, ut verius dicam, Albanum appetii, qua in urbe me ex iisdem reducem præstolabatur Cardinalis Aloysius Priolus, amœna de more fruens rusticatione. Mansimus eo in loco per binas hebdomadas, eoque tempore Tusculanum semel, iterumque adivi salutandi causa Cardin. Fabronum, huncque, ut verum fatear, anxium semper animum gerere inveni, ne Pontifex in rebus Gallicis cunctando, ajebat ille, rem perderet, addebatque, hæresin, quæ juste incendio, & pesti compararetur, non lentis, & mitibus, sed præsentibus, atque efficacibus remediis indigere. Memini, me aliquando ipsum interrogasse, qua ratione fieri posset, tot laudes a Romana Sede conferri in Gallos Episcopos, qui Constitutionem *Unigenitus* amplexati fue-

fuerant, quandoquidem in Paſtoralibus Edictis ad eam recipiendam editis profitebantur omnino diſerte, ſe eidem adhærere, quod univerſorum ferme Paſtorum conſenſus ipſam ea auctoritate muniret, qua ex Gallicis ſuis doctrinis careret, ſiquidem conſenſus ille defuiſſet. Occurrit quoque memoriæ meæ Fabroni reſponſum, nimirum corpori lethali febre tentato hanc omnibus viribus a Medico eſſe adimendam, nec ullam interea ab iſto curam eſſe capiendam immundæ pruriginis, quæ jamdiu ægrotantis artus urgeret. De hisce argumentis cum Fabrono colloquens, quemadmodum Albani cum Priolo, utrumque celandum cenſui de binis literis, quas Neapolitanum iter peragens Lutetia acceperam, unis quidem ab Epiſcopo Forojulienſi, & alteris a Cardinali Noallio; nam conſultius mihi viſum fuit, ut Pontificis oculis omnium primis eæ ſubmitterentur.

Ad hujus Pedes initio Novembris mihi admiſſo quamplures ante omnia interrogationes ſubire contigit de inveſtigationibus a me factis in Tabulariis Neapolitanis, & præſertim in Caſinenſi. Quoniam vero Pontificem ad Monaſterium iſtud commigraſſe aliquot annis, antequam B. Petri Cathedram conſcenderet, jam mihi innotuerat ex Sodalium meorum crebro repetitis narrationibus, inde argumentum etiam

ſumſi

ſumſi aditionem illam ceu auſpicem Summi Pontificatus, quod antea feceram inter Caſinates meos, deinde cum ipſo quoque Pontifice colloquens, interpretandi. Quæſivit tunc a me ille, undenam interpretatio hujusmodi oriretur, plauſitque benigniſſime ſtatim ac ipſam ei declaravi. Tanta hæc benignitas in cauſa fuit, ut Diſſertationem meam de Hiſtor. Monaſt. ei dedicans, eundem hisce verbis in Epiſtola Nuncupatoria compellaverim, *Equidem dum ipſe paucis ab hinc menſibus Caſini adeſſem, & Sodales meos multa de Sacra illa Tua peregrinatione curioſius percunctarer, in mentem venit, quod olim quidam e Noſtris autumarunt, nimirum conſueviſſe aliquando Maximos quosque Pontifices poſt adeptam Romæ Pontificiam Dignitatem Caſinum contendere, atque ob honorem Magni Monachorum Patriarchæ Benedicti, in ejus Eccleſia easdem fere Electionis, & Coronationis Pontificiæ Cerimonias, quas Romæ peregerant, quoquo modo iterare, idque præter Cœnobitarum illorum per manus ductam Traditionem, evincere Lapideam Sellam, Fiſtulamque argenteam Caſini ſervatas; quæ omnia licet non admodum veritati conſona exiſtimem, attamen Pontificiam conſuetudinem Caſinenſia limina viſitandi, Hiſtoriæ noſtræ monumenta ſæpius conteſtantur. Liceat autem mihi, quod non ſemel Sodalibus meis dixiſſe memini, hoc loco pronunciare, Prædeceſſores quidem Tuos poſt auſpicatum Pontifica-*

tificatum Casinum olim adiisse, Te vero a peregrinatione Casinensi ineundi paulo post Pontificatus auspicia suscepisse.

Dilapsus post hæc Pontifex ad rerum Gallicarum argumentum, jussit ut sibi literas legendas præberem, quæ meas ad manus, dum Roma abfui, adventarunt, obtulique e vestigio binas, quas paulo ante memoravi. Scriptas a Noallio Cardinali primo loco Sanctitati Suæ tradidi, fassus parum iisdem succi inesse, quod iis responderent, quibus eundem, præter consueta urbanitatis officia, certiorem dumtaxat feceram Monasticarum mearum vagationum, & tranquillæ vitæ, quam studiis literariis occupatus Romæ degere institueram. Ad utrumque hoc argumentum unice ferme spectare Noallii literas illas suis quoque oculis Pontifex quum deprehenderet, cursim perlegit earum verba, quæ hujusmodi erant, *Vous recevriés plus souvent de mes lettres, Monsieur, si outre le peu de loisir, que me laisse l'accablement continuel où je suis, je ne craignois qu'elles ne Vous portassent malheur. Je sçai combien la situation triste, ou je me trouve, peut rendre dangereux le commerce avec moy, & je serai plus fâché de Vous faire tort, qu'à un autre. Ainsi je retiens mon inclination, & je me prive pour l'amour de Vous de la joye que j'aurois. Je me rejouïs avec Vous de l'immobilité avec*

avec la quelle Vous gardés votre cellule, & de ce que Vous ne trouvés pas le séjour de Rome si incompatible que Vous l'aviez crû avec les études, j'en ai un double plaisir, parceque je sçai, que c'est vôtre goût, & que j'espere, que ce sera un jour le bien de l'Eglise, à laquelle vos lumiéres & vôtre erudition seront très utiles, quand il plaira à Dieu Vous mettre en estat de lui rendre service, en Vous élevant au rang, où vôtre merite & vôtre naissance Vous doivent conduire. Ce ne sçauroit estre si tost, que je le souhaite non seulement pour vôtre interest, mais aussi pour le bien de la Religion. Je voudrois fort pour le mesme bien, que l'affaire de la Constitution se pust accommoder, mais d'une maniere, qui ne fist point de tort à l'ancienne doctrine de l'Eglise, & aux bonnes regles de Morale. Continuez moi je Vous conjure l'honneur de vos bonnes graces & faites moi la justice de croire, que je Vous honore M. toûjours très sincerement.

Non ita jejunas, ac Noallii istas, visum iri Sanctitati Suæ Fleurii Antistitis, quas statim protuli, certo sum auguratus, fatebaturque id mihi subinde Pontifex, dum easdem recitarem. *Vôtre lettre du 2. du mois passé a fait plus de diligence que les autres, & les pedons du Mont Casin vont plus vîte que la poste de Rome. Ainsi sont ils en possession dans cette capitale du monde chrêtien d'avoir*

d'avoir pour devise piano piano. *J'ay fort bien entendu tout vôtre Italien, mais je ne Vous répondrai pas dans la mesme langue, quoique je pusse sur la perilleuse parole de Alexandre huit me flatter, que je le parlois passablement. Il me dit dans une Audience, que je parlois* Toscano *mais comme ce n'estoit pas* ex cathedra *qu'il le disoit, je croi, que je n'estois pas obligé de me soûmettre à sa decision. Si j'eusse voulu m'y hazarder, il me seroit arrivé comme au boiteux à qui le célébre Marc d'Aviano ordonna après l'avoir touché de s'élever & de marcher. Plein de foy il obeyt, mais il se cassa l'autre jambe, qui ne lui fut pas plus remise que l'autre. Il m'a pris pourtant une tentation de critiquer quelques phrases de vôtre Italien, comme sentants un peu non pas* patavinitatem, *mais* venetietatem *tant est que les loüanges derangent un peu la modestie. Vôtre lettre ne s'est point du tout renduë barbuë en chemin, & elle n'a rien du pere Timothée. Le Cardinal Bentivoglio escrivant du Montsenis disoit, que sa lettre arriveroit* tutta alpestre, tutta orrida, *mais la vôtre n'a pas eu un pareil sort, elle est aussi fraiche & aussi aymable, que Vous. Comment ne la trouverois-je pas telle, puisque Vous me louez d'une maniere à me faire tourner l'esprit,* neque enim mihi cornea fibra est? *Vous palpez trop bien pour ne pas en estre infinement chatoüillé, & vos louanges me plaisent au moins par le principe*

cipe qui les produit, je veux dire vôtre amitié, qui m'est très chere & très precieuse. Je n'aspire point à la qualité de grand homme, que je ne merite point, nec jam prima peto, *mais pour le cœur je l'ay bon, & j'aime la droiture, le bien public, la verité, & l'Eglise. On a souffri dans ce siecle avec de pareilles dispositions, & il n'y a autre chose à faire, qu'à demeurer en repos. Je ne serois agrée par aucun des deux partis pour mediateur, & c'est ce, qui me fait croire, que je suis dans la bonne voye, parce que je suis également éloigné des deux extrémes. Ce qui est arrivé à M. le Cardinal de Polignac, arrivera toûjours à ceux qui veulent separer deux combattants acharnez. Il est blessé par touts les deux, & n'en rapporte pas d'autre fruit. Je ne sçais mesme si un mediateur desinteressé plairoit aux deux partis. Le Corps de Doctrine proposé depuis si long tems partira incessamment pour Rome, & je ne sçai à quoi il aboutira. Ce sera M. Chevalier grand Vicaire de M. le Cardinal de Bissy, qui le portera, & c'est un homme entierement dans le parti opposé à son Maître. Il est chargé de cette commission malgré lui. La Sorbonne fait plus d'extravagances que jamais, & la licence est au plus haut point. Tout est à craindre, & il n'y a qu'un pas à faire pour le schisme. Le Regent a les meilleures intentions du monde, mais il est emporté par les torrents* Sic erat in fatis. *La solitude du Mont Casin est preferable à tout,*

& je voudrois être dans quelque coin du monde inaccessible à tout ce qu'on voit, & qu' on entend. Il faut chercher dans les morts & dans l'antiquité pour retrouver de la vertu, de la pieté, & de la sincerité. Il n'en reste plus de traces, & elles ont gagné le Ciel avec la justice. Je suis ravi, que Vous aviez decouvert des richesses dans cette belle Abbaye, & que Vous songiez à en faire part au public. Vous ne pouvez que Vous faire un grand honneur aussi bien qu'à la Religion. J'espere que cette lettre Vous trouvera de retour à Rome, mais Vous ne me donnez point d'adresses pour Vous escrire seurement. Pour moi je conte de partir dans quinze jours pour mon Abbaye de Tournus, dont je veux prendre connoissance. Elle est à vint lieues de Lyon en Bourgogne. Je croi que Vous avez seu, que j'ay eu le gratis *entier. Il faut Vous dire quelque chose de mon jeune disciple & Maître. Il devient tous les jours plus joly, & il y a certainement du fond d'esprit, mais l'éducation des femmes & la royauté sont de terribles obstacles aux esperances qu'on en pourroit concevoir. A Dieu, Monsieur,* Vale & me ama. *Je vous prie de conter sur mon respect & sur touts les sentiments, qui Vous sont dûs.*

Quam parum persuasus Pontifex foret de recta omnino Aurelianensis Ducis in componendo Constitutionis *Unigenitus* negotio, & ejus tunc verba mihi declararunt, & multo adhuc luculentius in præsens

ſens declarant literæ ab eodem ad Aurelianenſem Ducem datæ eo ipſo menſe Novembri, quo, ut dixi, ad ſuum Conſpectum me admiſerat. Extant illæ p. 574. & ſqq. Tomo altero Romanæ Editionis pluries a me collaudatæ, & ad earundem finem hæc habentur, *Conſcii enim probe ſumus, & fiduciam habemus ad Deum, quamdiu Catholicæ Fidei veritatem, & Eccleſiæ unitatem ſervandam unice ante oculos habuerimus, nullis nos debere, aut poſſe perturbationibus concuti, aut periculis deterreri. Sed minime dubitamus, quin hoc caſu, ſicuti Nos nihil intentatum relinquemus, ut mitia remedia hactenus a Te adhibita optatum effectum ſortirentur, ita viciſſim Tu, ubi iſta nequaquam proficiant, validiora, quibus utemur, ſtrenuo brachii tui præſidio fulcias, & alacri prorſus animo promoveas. Hæc omnia Tibi fuſius exponet Venerabilis Frater Cornelius Archiepiſcopus Carthaginenſis Nuncius iſthic noſter, a quo inſuper intelliges, quid nuperrime decernere compulſi fuerimus, ut inauditam hucusque Facultatis Thelogicæ Pariſienſis audaciam ſalubri aliqua ſeveritate coercendo, aberrantes illius Scholæ Doctores, in viam juſtitiæ, primo veluti Paſtoralis virgæ ſtimulo, paterne revocaremus. Quam ſane rem eo Tibi gratiorem fore ſperamus, quod probe compertum habemus, quam moleſta Tibi acciderit ejusdem Facultatis inconſulta, ac impudentiæ plena agendi ratio, ob quam ſicut beneficiis olim a S. Sede obtentis*

exui, ita patrocinio tuo destitui jure meretur. Hisce literis in eodem Volumine proxime præeunt aliæ, quas Pontifex dedit Archiepiscopis & Episcopis Regni Galliarum, quarum initium, *Tertius jam annus præteriit &c.* & aliquanto ante binæ Aurelianensi Duci inscriptæ, quarum primæ hoc gerunt exordium, *Quartus jam labitur mensis &c.* alteræ vero ita incipiunt, *Cum alias, & sane non semel, per Venerab. Fratrem Cornelium Archiepiscopum Carthaginensem Nuncium isthic Nostrum spem nobis haud dubiam feceris &c.* Epistolas hasce Clementis XI. & plerasque alias omnes, Bullas quoque, Brevia, Orationes, & Homilias quisquis perlegerit, fateatur oportet, jure a me superius dictum fuisse, cuncta illa nobis Leonem, & Gregorium, utrumque Primum, utrumque Magnum referre.

Quæsivit a me Pontifex, priusquam ab ejus Conspectu abire juberer, quidnam mihi videretur de Codicibus ex Ægypto, & Syria nuper Romam advectis, & in Bibliothecam Vaticanam illatis. Quumque ei respondissem, præstantissimos mihi eosdem visos fuisse, Ergo, subdidit ille, haud grave tibi erit ad eos rursus invisendos adesse, quo ipso die ad eandem Bibliothecam hac de causa adire, matutinasque horas in eadem insumere decrevimus. Selectus fuit ad hunc finem a Sanctitate Sua postremus Baccha-

Bacchanalium dies, hujusque rei memoria quo pacto curaverim, ut in meis quoque Scriptis servaretur, edoceant verba Nuncupatoriæ meæ Epistolæ Differt. de Monast. Ital. Hist. præfixæ, quæ hujusmodi sunt, *Novimus omnes quam multis, & eximiis beneficiis literariam Rempublicam cumulaveris, inter quæ non mediocre certe reputandum, quod nuperrime præstantissimos Codices ex Ægypto, & Syria, erudito, & solerti Viro ea de causa ad illas partes ablegato Romam advehendos curaveris, iisque tanquam pretiosissimo incremento Vaticanam Bibliothecam locupletaveris: adfuimusque nos ipsi, dum postremo Bacchanalium die, quem hujusmodi mercibus inspiciendis condixeras, multo mane e Quirinali Monte ad Vaticanum progressus plures horas nobiscum, quos nihil tale ausos, quin pedem retrahentes incredibili humanitate in Tuam veluti societatem adtraxeras, in Bibliotheca transegisti, adeo ut omnibus liqueret, non ita per illos dies reliquos homines ludis, theatro, atque spectaculis delectatos fuisse, quam Tu Codices illos versando, & de iis partim differendo, partim ab Orientalium linguarum peritis sciscitando, longe majore, ac sinceriore lætitia perfruereris; dum interea singuli quotquot ibi adesse datum fuit, eodem voluptatis sensu perfunderemur, talisque, & tantæ supellectilis pretium æstimantes, Te veluti novum Vaticanæ Bibliothecæ parentem tacito sermone prædicaremus, eoque magis quod oculis ad ejus convexa sublatis, muros*

rimis undique fatiſcentes , Picturasque egregias partim hiantes , partim tectoria calce omnifariam dilabente deperditas , feſtinatisque ruinis tumultuarii ſub Sixto Pontifice operis vitium teſtantes , non ſtudio tantum Tuo , ſed privatis etiam expenſis diligentiſſime inſtaurari cerneremus.

Lucubrationi , unde iſta jam jam recitata , & alia plura ſuperius in medium attuli , conſcribendæ me dedi menſe Martio hujusce anni , in quo verſamur , quandoquidem appetebat Comitiorum Caſinenſium tempus , quibus mei muneris eſſe exiſtimavi rationem reddere ſtudii , quod jam collocaſſem in ſuſcepto publica authoritate a me Opere contexendo. Nil vero dubitabam , iisdem probatum iri Ideam in eadem Diſſertatione explicatam , quod ipſam benigne probaſſent bini Cenſores ab iisdem Comitiis delecti , illuſtres admodum , doctiſſimique Præſules , nimirum P. D. Benedictus Laudati , & P. D. Seraphinus Tanſius ; idque teſtantur horum ſuffragia , quibus de more ejusdem Diſſertationis veſtibulum exornatur. Hoc ipſum Opuſculum poſt peracta Comitia manibus meis Sanctitati Suæ oblatum eximiæ clementiæ ab eadem retulit ſignificationes , poſtquam ea ipſa abunde enituiſſet ex iis titulis , quibus in fronte ejusdem Opuſculi meum exiguum nomen decoratur , videlicet , Sac. Indi-

Indicis, Sacror. Rituum Consultoris, & S. Rom. & Univ. Inquisitionis Qualificatoris. Ansam isti mihi obtulerunt Pontificem in Epistola Dedicatoria Opusculi illius his verbis compellandi, *Primos ergo benignus excipe conatus Monasticarum mearum lucubrationum, quibus imposterum laborem omnem meum, ingenium, atque diligentiam impendam, ut tamen nihil mihi antiquius futurum sit, quam si, mandatis Tuis imbecillitatem meam ad alia studia in obsequium Romanæ Sedis vocantibus, easdem subinde interpellare, quod jam aliquotiens fecisti, non desinas, quatenus titulis, quibus me clementissime decorasti, haud omnino indignus existimer, & Sanctitati Tuæ, quoad vires meæ patientur, grati animi vices quoque modo rependam.* In eadem Epistola quum celebrari a me reperisset Sanctus Pater Græcanica studia, quibus a viridi ætate incubuerat, & quarum specimina extare tradidi in Homilia S. Sophronii in S. S. Apostolos Petrum, & Paulum, & in Encomio Procopii Diaconi in Marcum Evangelistam, *Quæ primum* (hæc mea sunt verba) *ab Interprete* Jo. FRANC. ALBANO *quinquaginta, & amplius abhinc annis jam prodierant, & in Græco Menologio, quod eodem circiter tempore ex Codice Monasterii Cryptæ Ferratæ suamet manu descripsit, in Latinum vertit, liberaliterque Antuerpiensibus Actorum Sanctorum Collectoribus communicavit*; quum hæc, inquam, in ea Epistola legeret Sanctitas

ctitas Sua, mira modeſtia de ſuis illis Græcanicis ſtudiis nonnulla ad me verba eloquutus eſt, inter quæ bene a me factum declaravit, quod ſchedam ſtudia illa deſcribentem, quam manu mea ſcriptam ſuis oculis, antequam prælo ea deſcriptio traderetur, ſubjeceram, reformaſſem juxta lituras, quibus ipſemet calamo ſuo eandem inſpergere neceſſarium duxerat. Dum hæc ſcribo, ſchedam illam ob oculos habeo, atque animadverto expunctam ibidem fuiſſe, calamo, ut dixi, ipſius Pontificis vocem *adinvenerit*], ubi agitur de Codice Menologii, qui latitaverat in Monaſterio Cryptæ Ferratæ, & poſt paucas lineas expunctam pariter vocem *nactus fuerat*, ejusque loco appoſitam vocem *viderat*, ac demum ubi dicitur, lacunis Codicem eundem ſcatere, vocem *undique* deletam fuiſſe. Lituras hasce Clementi XI. placuiſſe, ne largius quam veritas pateretur, ſuos in Græcum illum Codicem labores calamus meus commendaret, mirifice, ut dixi, ejus Pontificis modeſtiam commendat.

Tandem addam, Pontificem, meum illud Opuſculum evolventem, oculos fixiſſe in meam hujusmodi Notam, *Siculæ Monarchiæ commentum, quod pluries Sacerdotium, & Imperium commiſit, quodque nuperrime Pontificio mucrone transfoſſum extremos, ut ſperamus, halitus trahit, evidentiſſime exſufflatur*

ex

ex nota temporaria ad pseudo-Diploma Urbani II. apposita, quæ nulla ratione cum recta Chronologia potest consistere. Legendum Caput VII. Operis a Clarissimo, & Doctissimo Auctore concinnati, cui titulus: Istoria della pretesa Monarchia di Sicilia. Hisce perlectis tam opus ipsum, quam ejusdem Auctorem Nicolaum Mariam Tedeschum, Episcopum primo Liparitanum, deinde Archiepiscopum Apamenum, Pontifex pluribus elogiis exornavit. Passim Romæ ferebatur, Clementem jam animo suo constituisse de eo ad Cardinalatum evehendo. At illius erga Romanam Sedem promerita in negotio Siculæ Monarchiæ locum cedere haud multo post visa sunt promeritis, quæ sibi ex causa Constitutionis *Unigenitus* tres alii Præsules, Gallus, Belga, & Hispanus, comparaverant. Revera dum tres istos ad eam dignitatem promovit Pontifex die 29. Novemb. 1719. dolere se professus est per largitatem erga eosdem exercitam, *non paucis emeritis militibus, hoc est egregiis Præsulibus, qui in Apostolicæ Sedis, ac præsertim in hujus Romanæ Curiæ præcipuis muneribus, strenuam, diuturnam, ac fidelem operam navarunt, præmia illa retardari, quæ eorum laboribus deberentur.* Postea subdit, *Eam tamen de præclara illorum virtute gerimus opinionem, ut firmam in spem adducamur, ipsos privatis quibuscumque rationibus suis publicam Sanctæ hujus Sedis, Catholicæ Ecclesiæ, ac Orthodoxæ*

Religionis causam libenti animo prælaturos; præsertim cum merito sperare valeant ab ejusdem Apostolicæ Sedis inconcussa justitia debitam sibi, suisque meritis remunerationem, tametsi dilatam, minime defuturam. Dilata ea vere tantummodo fuit Bancherio, Almæ Urbis Gubernatori, & Collicolæ Cameræ Apostolicæ Thesaurario, qui scilicet Tedescho fuerunt (ut ita loquar) *in passione socii*; namque (post decem tamen annos) Purpuram illi a Benedicto XIII. acceperunt; at hac omnino destitutus e vivis cessit Tedeschus. Secesserat ante aliquot annos, Curiæ Romanæ officiis abdicatis, in Monasterium Sublacense, dictum *il Sacro Speco*, de quo adeo insigniter pia sua liberalitate meritus est, ut ejusdem parens, & conditor censeri debeat. Tres illos Cardinales, quos dixi destinatum Romanis Præsulibus locum cepisse, eodem dignissimos fuisse, omnes sunt fassi. Mailly, Remensem Archiepiscopum, in Gallia jam familiariter noveram, & æque postea Romæ novi Bellugam, Antistitem Carthaginensem, & de Alsatia Metropolitam Mechlinensem. Postremum hunc, vere Eminentissimum Cardinalatus, & Episcopatus decus, quanta veneratione prosequar, testimonium perhibet tertius Collectionis Epistolarum Reginaldi Poli Tomus eidem a me superiori anno nuncupatus.

CAPUT

CAPUT VIII.

De adito Cœnobio Farfensi medio mense Aprili an. MDCCXVII. & de Historia illius Monasterii post reditum ad Romanam Urbem imprimi cœpta, & de creatis ei impressioni impedimentis.

QUamvis ex Collectaneis Cornelii Margarini, & ex Chronico Farfensi, de quibus supra, luculentas rerum Farfensium notitias mihi comparassem, nihilominus celeberrimum illud Cœnobium cito invisere constitui, quo plenius ex ipso fonte aquas potarem. Adii itaque illud mense Aprili, ibique binis mensibus permansi plerasque omnes diei horas insumens in veterum chartarum investigationibus, unde idoneus efficerer, statim ac Romam remeassem, contexendo, & in lucem edendo primo Monastici Italici Volumini, quod unice sibi vindicaret Farfensium monumentorum descriptio. Nova igitur eorundem suppellectile instructus, atque ditatus Romam repetii; moxque opus, quod dixi, impigre aggressus sum, postquam a Sanctitate Sua impetrassem, ut ejusdem Censor mihi statueretur Carolus Majella, Præsul doctrinæ, & prudentiæ dotibus adeo insigniter excultus, ut nemini quoad illas in Romana Curia secun-

cundus haberetur. Porro istum principio exoravi, ut diligentissime animadverteret, quam valde in lucubrationibus, quas ejus examini subjecturus essem, studuissem, ut Monumenta illa, quibus adversarii politicæ Romanorum Pontificum in ditiones sibi subditas dominationis abutebantur ad eandem oppugnandam, huic potius adstruendæ, ac muniendæ vehementer inservire dignoscerentur. Consilium hoc meum Apostolicæ Sedis jura tutandi, imo integram Voluminis, quod construebam, dispositionem, & seriem propalarunt eo tempore erudita Diaria, quæ Venetiis cudebantur, authore Viro celeberrimo, & præclarissimo Apostolo Zeno. Ibi enim hæc leguntur: „Rerum Monasticarum Italiæ Tomus Primus, Cœnobium Farfense. „Auctore D. Angelo Maria Quirino Veneto, Congreg. Casinensis Monacho & „Historiographo. „ *Questo Tomo in tre parti è diviso. La prima parte abbraccia undici Dissertazioni, ordinate ad illustrare l'Istoria ecclesiastica, e civile; cose la maggior parte prese da' Monumenti del Monastero di Farfa. La I. Dissertazione contiene la serie cronologica, e le azioni de' Duchi Longobardi di Spoleti. La II. contiene la polizia della Chiesa sotto i Rè Longobardi. Nella III. contiensi la giurisprudenza de' Longobardi. Nella IV. le note cronologiche, e le formole de' vecchj diplomi, ed istrumenti. Nella V. la cronologia, e le azioni d'alcuni*

d'alcuni Pontefici, Imperatori, e Rè. Nella VI. la notizia di molti Vescovi d'Italia, o taciuti, o nominati appena dall' Ughelli. Nella VII. la notizia d'alcuni Monasteri d'Italia. Nella VIII. le consuetudini Monastiche. Nella IX. la serie de' Conti di Sabina. Nella X. la descrizion corografica del territorio Sabino, Reatino, e d'altri. Nella XI. finalmente una difesa del dominio temporale del Pontefice Romano sopra le regioni dello Stato Ecclesiastico, presa da' Monumenti di Farfa, contro le obbiezioni, che prese dagli stessi Monumenti gli vengono fatte. La seconda parte abbraccia la Storia del Monastero di Farfa, la serie e cronologia degli Abati, che lo governarono, ec. La terza parte abbraccia la Cronaca Farfese, compilata da Gregorio Catinese; ed altre opere inedite, esistenti nello stesso Monastero di Farfa. At multo magis quam eruditorum hominum plausus, Majellæ Censoris authoritas securum me fecit, fore ut meis illis conatibus faustus exitus responderet. Lectis siquidem ab eo Præsule primis quibusdam lucubrationum mearum foliis, benigne mihi per literas fassus est, eorundem lectionem jucundam sibi, utilemque contigisse; postea vero ea ipsa folia ob oculos habens, in quibus tractationem instituerant de Romanæ Sedis juribus superius memoratis, hæc ille habet, *Vengo ad assicurarla del mio contento nel vedere tanto ben difesi i dritti della S. Sede nella sua dottissima Scrittura.*

At

Attamen excitatæ de Comaclenſi Ditione contentiones adeo ſollicitum habebant eo tempore Pontificem, ut facile ejus animus in ſuſpicionem adductus fuerit, easdem magis magisque incendi poſſe ex Farfenſium chartarum, de quibus agitur, promulgatione. Hujusce novitatis certior factus ego a Majella, calamum ſtatim appuli brevi cuidam Scripto conficiendo, quo palam oſtenderetur, initam a me in iis chartis evulgandis rationem non quidem detrimentum cauſæ illi Comaclenſi, ſed emolumentum eſſe allaturam. Ibi autem primo oſtendi, nutare haud parum quam plura, quibus ad cauſam illam defendendam uſi fuerant Præſules, cætera doctiſſimi, Fontaninus, & Zacagnius. Atque ut ſpecimen aliquod de meis in hanc rem animadverſionibus hoc loco exhibeam, in medium attuli, quæ ſcribit Fontaninus Operis ſui T. II. Par. 2. pag. 148. *Sarebbe* (hæc ejus ſunt verba) *una gran ventura il poter vedere quei varj documenti, de' quali, come nella Supplica vien aſſerito, coſta aver gl' Imperadori mantenuto il Fiſco, e la Camera loro negli Stati della Sede Apoſtolica. Noi aſpettaremo a vedergli per potergli ammirare e nel numero, e nel valore, giacchè ora per non avergli veduti non potiamo dar loro la dovuta riſpoſta.* Hujuscemodi documenta, quæ ſibi ignota eſſe fatetur Fontaninus, omnium tamen oculis patent in

in Regesto Farfensi, unumque ex iis nominabo Caroli Magni Diploma signatum anno I. Unctionis suæ pro firmitate bonorum omnium, quibus Farfense Cœnobium fruebatur, *tam in Longobardia, quam in Romania, sive in Tuscia, & in Ducatu Spoletano, seu in quibuslibet locis*; & postea subditur, *quidquid vero de prædictis Monasterii possessionibus Fiscus noster sperare potuerat, totum nos pro æterna remuneratione adipiscenda Monasterio concedimus*. Zacagnius autem Historicæ Dissertationis suæ p. 107. ita loquitur, *Monasterium tamen Farfense sub Protectione Augustorum tunc fuisse constat, adeoque Romanos Pontifices permisisse munificentissimis illis, deque Romana Ecclesia benemerentissimis Principibus, ut ipsi de rebus ad eosdem Monachos pertinentibus judicium ferrent*. Etsi vero Præsul ille, antequam eam Dissertationem conderet, adeundum sibi putasset Farfense Cœnobium, nihilominus dicere opus est, desuisse illi tempus ad perlustrandum Farfense Regestum ea diligentia, quæ necessaria foret. Adsunt enim in eo documenta, Principes illos non localem, non peculiarem tantum potestatem sibi vindicasse in ferendo de rebus ad Monachos Farfenses spectantibus judicio, sed eandem exercuisse *sedentes ad singulorum causas audiendas, & justitias faciendas*; documenta insuper ab iisdem Principibus edita ad tuendam Farfensium prædiorum

diorum exemptionem a Pontificia dominatione *in Civitate Romana æque in aliqua alia parte noſtri Regni Italici*.

Hisce autem in eo Scripto a me præmiſſis, tranſitum feci ad aſſerendas Apoſtolicorum Jurium Vindicias, quibus nihil opponi poſſet ex Farfenſium Monumentorum auctoritate, easdemque huc transferam iis ipſis verbis expoſitas, quibus in eo Scripto continebantur, *Che Carlo M. e ſucceſſori ſi arrogavano la ſudetta poteſtà per ſola ragione del Patriziato conſeritoli dalla liberalità de' Pontefici, e che dalla volontà di queſti dipendeva. Che i Papi toleravano in Carlo, e ſucceſſori molta autorità nelle coſe donate per evitare la taccia dell' ingratitudine. Che l'amicizia perpetua ſtabilita trà Carlo e Pontefici laſciava correre diverſe coſe* præter conſuetum rerum ordinem, & ad communem utilitatem. *Che non avendo i Pontefici forze ſufficienti per contenere i loro ſudditi, credevano di non poter meglio fare che, con raccomandare il governo di queſti alla potenza de' Ceſari. Che i Papi alieni dalla milizia ſi facevano la loro principale occupazione delle coſe eccleſiaſtiche. Che Leone III. rinovò in Carlo M. il titolo d' Imperatore per dare a Roma, e alla S. Sede non un padrone; ma un difenſore. Che i Giudici imperiali erano ſpediti nelle Provincie Pontificie* „non ſummi „Imperii jure, ſed advocatiæ, & Prote- „ctio-

„ctionis debito in obsequium Apostolicæ „Sedis, & ad ejus utilitates procurandas.„ *Che l'accettazione del Giudicio Imperiale era volontaria non necessaria* ad honorandos R. E. „Defensores & Advocatos. *Finalmente che tutta quell' autorità veniva esercitata da Carlo anche prima di ricevere da Leone la Corona Imperiale, e però quand' era veramente* Pa„tritius Romanorum. *Ch' era esercitata in un paese come il Ducato di Spoleto, e Sabina soggetto alla S. Sede prima delle Donazioni, cioè per volontaria dedizione dé popoli. Che era esercitata anche dopo la donazione pienissima di Lodovico Pio, che vale à dire in tempi e luoghi, ne' quali indubitatamente il Papa doveva considerarsi & essere unico supremo Padrone*. Indulsit Pontifex, ut Scriptum illud Sacris suis manibus a me ipso offerretur. Idque quum fecissem, respopondit verbis clementissimis, istud perpensum a se iri animo prorsus intento, & magnopere cupido, ut collocata a me industria in argumento, cujus tractatio ex temporum acerbitate gravissimis obnoxia foret difficultatibus, in irritum haudquaquam caderet. At revera me frustra laborasse paulo post edocuit eventus; nam literas hasce a Majella Præsule accepi, *La Scrittura, che mi dò l'onore di rimandare à V. P. Reverendiss. ha tutta la forza per mostrare la necessità, da cui Ella è astretta ad aggevolare l'edizione dell' opera consaputa; ma non con-*

tiene alcun motivo per rimuovere S. Santità dall' opinione, che l'opera sia per riuscire pregiudiziale a i diritti della sua Sede; maggiormente essendo restata nel medesimo sentimento dopo osservato il ristretto delle risposte, che V. P. Reverendiss. dava agli avversarj, che si servivano di quei monumenti. Sicché tutta l'annessa Scrittura par che sia diretta à dimostrare à S. Beatitudine la necessità di permettere una edizione, che non può piacerle; il che è totalmente opposto alle savie e giuste mire, ed alla prudente e religiosa condotta di V. P. Reverendiss. Quando poi la Santità S. s'inducesse per li motivi allegati à soffrire e tolerare la detta edizione, non vedo quale apologia si possa fare col sacro Collegio, e con tutta la Corte, la quale non è informata degl' impegni già contratti di publicar l'opera. Del resto io vedo bene che bisognarebbe ultimar quanto prima l'affare, ed ottenerne da S. Santità la decisione, perche ancor io prevedo il bisbiglio, ch' Ella prudentemente considera. Ma la sincera e cordial servitù, che professo à V. P. Reverendissima, e la stima, che fò del singolar suo merito, mi fa nuovamente dire, che non sia espediente d'indurre S. Santità à condescendere all' edizione, quando non sia per darne la permissione con pieno contento. Intanto io che vivamente la compatisco, sospiro le aperture di poterla servire, ed attenderò l'intenzione data del consaputo Congresso, per magiormente attestarle la candidezza, e l'ossequio

sequio con cui mi rassegno &c. Datæ sunt hæ literæ die 8. Dec. 1718. ac proinde testantur, per integrum & amplius annum digladiandum acerrime fuisse adversus objectas mihi difficultates. Hæ animum meum eo magis vexarunt, quod probe intelligerem, easdem æque obstituras, ne aliorum Cœnobiorum, eorum præsertim quæ sita forent in ditionibus Pontificiis, seu etiam in Regno Neapolitano, veteres chartæ in lucem proferrentur. Attamen parui omnino, uti decebat, Pontificis sensibus, & quem exitum tandem res habuerit fidem faciet Cardinalis Alamanni Salviati Epistola, data post duodecim & amplius annos ad Nereum Corsinum, Clementis XII. ex fratre Nepotem, nondumque a Patruo Sanctissimo ad Purpuram evectum; recruduit enim, ut suo loco dicetur, eadem de Farfensibus chartis controversia, dum ageretur de Bibliothecæ Vaticanæ Præfectura mihi ab eodem Pontifice destinata. Hæc habet Epistola illa, *Credo che sia bene, che sappia V. Eccellenza, e per mezzo suo N. S. che parlando io accidentalmente con Monsig. Riviera gli domandai se à tempo di Clemente XI. aveva sentito parlare d'alcune carte di Farfa copiate dall' allora Padre Abbate Quirini, mi rispose che ne era informatissimo, e che quel S. Papa pensò di mandare lui stesso à pigliare quel Codice, e riporlo in Castello, ma che poi*

 fatta

fatta rifleſſione, che quelle tali carte non parlavano che di qualche Giurisdizione eſercitata dagl' Imperatori nelle Terre della Chieſa, e che di ſimili monumenti ve n'erano le migliaja, ai quali tutti ſi riſpondeva con altri documenti, e con buone ragioni, fu ſtimata inutile ſe non dannoſa queſta cautela, e fu commendata l'attenzione inſieme, e la fatica del Padre Abbate, l'una per avere ſottopoſte alla diſpoſitione del Papa quelle carte, l'altra per avere trattata la materia con tanto vantaggio della Chieſa, e più non ſe ne parlò. Monſig. Riviera è vivo, e verde, ed abita molto lontano da V. Eccellenza, alla quale ſi ricorda ſempre ben devoto, Salviati.

Adeo firme perſtiti in voluntate obſequendi Pontificis imperio, & Majellæ Præſulis conſiliis, quibus præterea omnino conſentire deprehendi Cardinales, Fabronum, Ptolemæum, & Otthobonum, ut ne hilum quidem me ab eadem dimoverint adhibiti ad eam rem amicorum quorundam conatus. P. Joſeph Maria Sandius, Bibliothecarius S. Juſtinæ, hæc ad me ſcripſit, *Il mio profondo riſpetto vuole, che comunichi à V. P. Rma un §. di una lettera ſcrittami dal. P. D. Bernardo Pez Benedettino, e famoſo letterato, e Bibliothecario di Melck. Dimoſtra egli una ſtraordinaria paſſione per la ſtampa della di lei Storia, ſi duole molto dell' incontrate difficoltà in queſte formali parole,*

Et

„Et quid tandem ſperandum de Monaſtico „Italico Clariſſ. D. Quirini noſtri ? Opus „hoc trans Alpes incredibili deſiderio ex„pectatur. Dolendum ſane tot ei nego„tia Romæ faceſſita. In Germania, vel „Gallia hujusmodi Opera liberius, & tu„tius eduntur.„ *Io le ſo dire ch' egli la ſtamperebbe volentieri, ſenza che V. P. R̃ma ne ſpendeſſe altro che la briga di farle avere l'Opera MS. ed io gliela farei avere per ſicuro camino*. Dum incertus adhuc foret exitus Voluminis, de quo hic modo agitur, Joannes Frater meus Venetiis Romæ viſendæ cauſa ad me acceſſit menſe Junio anni 1718. quamque iſto de negotio curam amantiſſime ceperit, publica folia Amſtelodami impreſſa in hunc modum evulgarunt, *De Rome le* 17. *Juin. M. Querini, Procurateur de S. Marc de Veniſe, qui s'eſt arrêté icy pendant un mois pour voir les magnificences de la Ville, & les Fonctions ſacrées a eſté fort bien receu par le Pape, à qui il a repreſenté dans une longue Audience, combien la ſuppreſſion du Volume travaillé par le R. P. D. Querini ſon Frere, faiſoit de tort à la reputation de l'Autheur, & intereſſoit tous ſes Parens, & bons Amis de Rome, & de Veniſe. On dit que Sa Sainteté a des fortes raiſons pour n'en vouloir pas permettre l'Edition. Le crime de l'Autheur, à ce qu'on publie, eſt d'avoir deterré dans les Archives des Abbayes de ſon Ordre beaucoup de pieces, que les Reviſeurs*

Romains ne jugent pas à propos de laiſſer publier. Peut être que l'Edition ſe faira à Padoüe, ou à Veniſe, ce qu'on veut que le Pape ait accordé aux inſtances de M. le Procurateur.

Maximæ mihi voluptati fuiſſe adventum illum Joannis Fratris mei ad Romanam Urbem, unusquisque facile ſibi perſuadebit, me etiam tacente. Jucundiſſimi de noſtris peregrinationibus ad diviſos usque toto orbe Britannos ſubinde incidebant ſermones. Harum tunc ille ſignificavit mihi factam fuiſſe mentionem in Epigrammate typis excuſo, inſertoque Carminibus de more evulgatis, quum D. Marci Procuratoris purpuram ipſe accepiſſet. Sed ſe mihi nunc offert illud ipſum Epigramma in Bibliotheca Caſinenſi Mariani Armellini, conjunctum Hexaſtico, quod hujus Commentar. Par. I. lib. 1. pag. 12. recitatur. Me ipſum alloquitur ejusdem Epigrammatis Author, Pater Stanislaus Santinelli, Clericus Regularis Congregat. Somaſchæ, inſigni admodum eruditione præditus, ejusdemque Generalem Præpoſituram poſt aliquot annos aſſequutus.

Non Batavos, charoque una cum Fratre Britannos,
Non quæ Rhenus obit, Sequana & Arva rigat,
Non quæ Belga colit ſublimibus oppida muris
Ullus adire pudor, ullus adire timor.
Auctus cum magno ſe præbet Frater honore
Spectandum, & Veneti Principis ora ſubit,

Frater

Frater abes latitans Casini sub lare? Lucis
Hujus lætitias quin cumulare venis?
Te videant Cives, atque alter clarus honore
Contempto, sumpto clarus & alter erit.

Subdit ibidem statim Armellinus aliud Epigramma, cujus initium,

Quo Pater Adriaco fulget, quo murice fulsit
Patruus, en humeros frater uterque micat &c.

Finis vero ejusdem Epigrammatis continet felix omen sacræ Purpuræ loco Venetæ mihi deferendæ. Hujus ominis implendi animo Clementem XI. non caruisse, invitat me locus iste, ut domesticos (quoniam ad domestica defluxit calamus) afferam testes. Genitores mei Romæ me convenerant binis annis antequam eo accederet Joannes, de quo jam jam loquebar. Incredibilis benignitatis sensibus de me cum omnibus hisce Clementem XI. verba fecisse, iidem sæpius mihi, aliisque Venetiis testati sunt, at unus Genitor meus, quo primum tempore me rubro pileolo ornatum amplexatus est, tunc, quod per decem, & amplius annos corde suo presserat, aperte propalavit, scilicet, sibi Pontificem, dum ejus pedes Roma discessurus deoscularetur, non una tantum vice, sed iterum, iterumque verba hæc ingeminasse, *Sig. Procuratore tenga per sicuro, che d'altre insegne vedrà un giorno ornato il figliuolo, che lascia à Noi in pegno.*

CAPUT IX.

De Officiorum Græcorum emendatione a Pontifice an. MDCCXVIII. injuncta, & aliqua ex parte tribus subsequentibus annis exequutioni mandata veterum MSS. ope, ac Pontificiæ beneficentiæ miris argumentis remunerata.

ÆGritudinis, quæ animum meum toto ferme an. 1718. excruciaverat, haud mediocre levamentum attulit anni proxime subsequuti initium, quo scilicet Monastici Italici studiis, quibus adactus fueram abrenunciare, alia sufficere benigne voluit ipsemet Pontifex, & ea quoque gravis momenti, & queis præterea adhibenda in primis foret Græca literatura, quam a teneris annis excolueram, nec unquam adamare destiti. Capto igitur a Sanctitate Sua consilio de instituenda Sacra Congregatione, in qua ad examen revocarentur libri, quibus Græci, aliæque Orientales nationes in propriis Ecclesiis rem divinam peragentes utuntur, ei Cœtui me benignissime adlegit, affirmavitque, nihil se dubitare novo hujuscemodi munere æque utilem operam me præstiturum, ac præstare conabar reliquis Sacris Congregationibus, quibus eram adscriptus, imo vero utiliorem, quod illud Græcanicæ linguæ peritiam magnopere desideraret. Congregatione hujusce Præ-

Præfectum instituit Cardinalem Franciscum Barberinum, eique Collegas dedit Cardinales, Laurentium Casonum, Carolum Augustinum Fabronum, Joannem Baptistam Ptolomæum, Joannem Baptistam Salernum; Consultores vero renunciavit, Carolum Majellam, Franc. Antonium de Simeonibus, quem insuper Secretarium instituit, Josephum Simonium Assemanum, P. Abbatem Gallianum, P. Petrum Benedetti, ac præterea totidem circiter Græcos eruditos. Junctim itaque cum omnibus hisce vacare cepi expendendis librorum, quos dixi, locis illis, qui Orthodoxæ veritati haud omnino consentire viderentur. At paulo post in mentem mihi venit, una simul privatam meam operam collocare in curanda eorundem librorum ad fidem veterum Codicum manuscriptorum editione. Placuit vero consilium hocce meum ejusdem Congregationis judicio subjicere, Observationibus quibusdam adjunctum, quas statim recito.

„I. Commendaret profecto haud parum „penes omnes initam a Sacra Congregatio„ne in expurgandis Ecclesiasticis Græco„rum libris methodum cura, quæ suscipe„retur, palam faciendi, expurgationem il„lam eorum veterum Codicum adjumento „perfici, qui divinorum eorum Officiorum „candidam, ac primævam imaginem re„præsentant.

„II. Græcis innotefceret adeo longe La-„tinos abeffe a profcribendis Græcorum Ri-„tuum obfervantiis, ut non alias iisdem in-„jungere in animo habeant, quam fontibus „illis confentaneas, quorum fumma erat „apud Græcos in decantandis divinis lau-„dibus authoritas, antequam Veneti, & „Valachienfes typi eisdem evulgandis infu-„daffent.

„III. Confultorum in dubiis locis per-„pendendis haud parum labor minueretur, „certiorque evaderet eorundem de illis de-„liberatio, quandoquidem in deliberando „ob oculos habeant veterum Codicum, de „quorum fide fufpicio nulla fubfit, lectio-„nes.

„IV. Eo velocius in fufcepto examine „Confultorum induftria progrederetur, quo „apertius iidem Codices cum impreffis „Exemplaribus comparati invectos in ifta a „Schifmaticis errores patefacient.

„V. Gratum infuper erit Sacræ Congrega-„tioni eorundem Codicum ope dignofcere, „quibusnam additamentis inferta fint ea „impreffa Exemplaria, nam quoties eidem „confultum videretur ad breviorem molem „facros eos libros redigere, obvia illico fie-„rent quæ retinenda, quæ refecanda forent.

„VI. Methodus, de qua hic agitur, con-„fonat omnino Leonis Allatii fenfibus; nam

ifte

iste Differt. I. de libris Eccleſ. Græcor. p. 12. optimum factum declarat, *Ex primis illis fontibus tanquam purioribus, & integrioribus divino Christi servitio incumbere. Ne illis superseminata ab homine nequam zizania dignosceremus.* Et in Differt. II. p. 114. ita loquitur, *Antiqua fere omnia plana sunt, nihil in se continent, quod pias aures offendat: recentia multis scatent erroribus, & subdole sæpius in Romanam Ecclesiam garriunt, multas etiam hæreseon labes lectionibus inspergunt; quibus abcisis liber nitori suo pristino restitutus nulli expurgatione indigebit.* Et p. 229. *Pentecostarii, quemadmodum de Triodio supra diximus, varii fuere Auctores, antiqui & recentiores. Antiqui sua vetustate, & modestia venerandi; recentiores ex schismate, audacia, atque omnia attentandi libidine, contemnendi . . . . Nicolaus Malaxus, Archipresbyter Nauplii, multa Troparia de suo addidit . . veteraque antiquorum Patrum monumenta novis suis deliramentis inspersit.* Et pag. proxime subsequent recentes Editores, & Correctores carpens idem Allatius, qui initio Pentecostarii impressi Venetiis an. 1574. fassi fuerant inibi contineri Synaxaria, Canones, Idiomela, atque Troparia, *quæ nunc collecta sunt ex multis, ac bonis libris, & aliis Pentecostariis antea editis non inerant*, hæc postea addit: *A Correctoribus ipsis, & similium librorum Editoribus petere possumus, quanam auctoritate tantum facinus audent, & temeratas manus in intemera-*

tos

tos Ecclesiæ ritus imponunt ? Homines vilissimi sunt, nulla scientiarum laude, nulla auctoritate, nulla dignitate conspicui, qui ex arbitrio Officia Ecclesiæ moderantur, addunt, subtrahunt, mutant, de novo consarcinant, quidquid illis videtur. Et p. 234. concludit, *Cessent simplicibus imponere, cessent innocuis fidelibus fucum facere, cessent propria, & spuria inter vera, & tot jam annis comprobata Sanctorum Scripta, & preces Ecclesiasticas inserere. Servent sibi dicta Patrum a maculis innoxia, servent posteris, nihil detrahant, nihil addant, nihil immutent in rebus Ecclesiasticis, sine ipsius Ecclesiæ consensu.*

„Tandem propositis exemplis præstantis„simorum Cardinalium Bonæ, & Thoma„sii, qui egregio studio veteres Latinos Co„dices consuluerant, ut Latina Officia niti„dius comparerent, ad parem nitorem „Græcis Officiis conciliandum omnino de„cere affirmavi, ne Græcorum veterum Co„dicum authoritas negligeretur.

Meo hujuscemodi consilio a Sacra Congregatione collaudato, nulla interposita mora Codicum perscrutandorum laboribus me dedi, quantumque brevi profecerim, fas mihi sit, Censorum, quos mihi eadem Congregatio designavit, verbis declarare. Ex iisdem Pater Petrus Benedetti, suffragium suum in hunc modum exorditur, *Editio divinorum Officiorum Ecclesiæ Græcæ est*

opus

opus magni, & prolixi laboris, a paucis tentata, a nemine hactenus perfecta, quam tamen omnes Viri docti, quotquot hanc materiam attingunt, summopere exoptant, & merito; ea enim Officia habent ineluctabilem vim ad redarguendos Novatores, cum contineant omnes fere Articulos Catholicæ Fidei, & Universalis Ecclesiæ circa illorum veritatem consensum invictissime probent. Deinde, postquam plura alia subdidisset, suffragium illud suum ita concludit, *Quæ cum ita se habeant, equidem non dubito, quin Editio Græci textus cum Latina versione, cujus primum hunc Tomum jussu &c. diligenter, & inoffenso pede perlegi, tum Græcis, tum Latinis gratissima perinde, atque utilissima futura sit, sed & maximam ajo habendam esse gratiam doctissimo, & eruditissimo Authori Rm̃o Patri &c. qui opus salebris, spinisque impeditissimum, maximo labore, summa fide, in nostros usus expediendum susceperit.* Censor alter Samuel Rodotà, Scriptor Vaticanus linguæ Græcæ, paucis verbis hæc habet, *Amplum, & præclarum opus, cui titulus &c. vota Eruditorum exoptant, ut faustum ad exitum provehatur; ex eo quippe testimonia omni exceptione majora de Fidei dogmatibus luculenter promuntur.* Æque honorifica mihi fuerunt Censorum, quos Casinensis Congregatio delegit, nimirum Bonaventuræ Finardi, postea ejusdem Congregationis Præsidis Generalis, & Fortunati Tamburini, nunc S. R. E. Cardinalis, testimo-

ſtimonia. At non vacat iis recitandis immorari. Nullo vero modo ſilebo Cardinalis Ptolemæi literarum unam ſaltem periodum, quæ ita ſe habet, *Applaudiſco, anzi ammiro la diligenza, il valore, lo zelo di V. P. che in così poco tempo ha non ſolamente intrapreſo, ma compito un' opera lodevoliſſima, ed utiliſſima, e mi conſolo d'averne dato il motivo con un' eſpoſizione del mio deſiderio in Congregazione, che non poteva imaginarmi ſe non dal ſuo valore, ed applicazione poteſſe, maſſime così preſto, ridurr' in effetto.*

Referendum modo occurreret, quo pacto ex ſtudiis hisce meis, quæ Monaſticis prona omnino ſubmiſſione ſubſtituiſſem, adductus fuerit Pontifex ad beneficentiam ſuam erga me largius exercendam, quam ſuperioribus annis præſtitiſſet. Cogitavit autem primum Sanctitas Sua de me ad Abbatialem mei Ordinis gradum evehendo, deinde de Epiſcopatu mihi deferendo, ac tandem de me adſcribendo S. Officii Conſultoribus, quo gradu donatus veluti arrham Cardinalatus recepiſſe communi judicio cenſerer. At priusquam ad iſta enarranda ingrediar, referri a me oportet, certiorem factum, præſertim a Card. Ptolemæo, Pontificem, nullam prorſus me diligentiam omittere in ſcrutandis priſcis Codicibus vetera Græcorum Officia exhibentibus, non eandem tantum commendare dignatum eſſe, ſed

ſed præterea cupidum ſe oſtendiſſe, ut aliquis ſcrutationum mearum illarum fructus per memetipſum ſuis oculis offerretur. Poſtquam igitur idem Ptolemæus nonnullis Epiſtoliis ſuis mihi diſertis verbis ſignificaſſet ea, quæ ſequuntur, *Il Card. Tolomei ha ſervito il P. Quirini ſtamattina nell' Udienza di N. S. che ſi è confermato nella ſingolare ſtima di S. P. udendo le ſtraordinarie diligenze con tanta erudizione & attenzione fatte dalla medeſima &c. Saluto di cuore il P. Abate Quirini, e gli ſignifico che jeri mattina preſentai a S. Sant. il ſuo frontiſpizio, e ſaggio dell' Opera, che N. S. e leſſe con godimento, e molto approvò l'aſſunto con lode diſtinta, e ſtima di V. P. &c.* poſtquam, inquam, hæc & paria in Epiſtoliis ſuis mihi Card. Ptolemæus ſignificaſſet, Pontificis Conſpectui me die quodam poſt Paſchalia Feſta an. 1719. exhibui, ſolitaque clementia exceptus, quo clarius, & brevius potui, methodum a me initam in priſcis Codicibus conſulendis, fructumque, quem inde referre ſperabam, ei expoſui. Favebat meæ iſti narrationi Pontifex incomparabili facilitate. At cito delapſus ad diſſerendum de negotiis Gallicanis, me, ut verum fatear, ancipitem reliquit, num horum potius cauſa, quam Codicum, de quibus modo dicebam, ad ejus Pedes miniſterio Cardinalis Ptolemæi accerſitus fuiſſem. Non inſtanter tantum, ſed præter morem obnixe a me percontatus eſt, num attente

legiſſem

legiſſem Monita Paſtoralia, quæ ante aliquot menſes in lucem ediderat, menſe ſcilicet Septembris an. 1718. & quorum initium, *Paſtoralis Officii*. Quumque ita eſſe affirmaſſem, poſtulavit a me Sanctitas Sua, quidnam foret, quod in iis Monitis animum meum magis affeciſſet. Hujuſcemodi interrogatio (ut ſincere dicam quod contigit) haud mediocre mihi negotium faceſſivit. Attamen, ne in vado hærerem, ad memoriæ meæ opem confugi, qua adjutus plura ejusdem Conſtitutionis capita indicavi, quibus Pontificiæ percontationi ſatisfacere me poſſe arbitrabar. Aliter vero res ceſſit; nam quod præcipue in ea Conſtitutione obſervari a me poſſe Pontifex maluiſſet, ne verbulo quidem memoraveram. Itaque in manus ipſe ſumens eandem Conſtitutionem, verbis, quæ ſequuntur, digitum admovit, *Niſi excæcaret eos malitia eorum, ac niſi diligerent magis tenebras, quam lucem, ignorare non deberent, ſententias illas, ac doctrinas, quas ipſi cum erroribus per Nos damnatis confundunt, palam, & libere in Catholicis Scholis, etiam poſt editam a Nobis memoratam Conſtitutionem, ſub oculis noſtris doceri, atque defendi, illasque propterea minime per eam fuiſſe proſcriptas*. Hæc quum legiſſem, *Siſte*, ait Pontifex, ac ſubdidit, *Non ſi troverà fors' eſempio, e ſenza forſe, che in alcuna Bolla de' noſtri Predeceſſori ſi ſiano meſſe così chiaramente à coperto le dottrine delle Scuole Catto-*

Catoliche , bastato essendo a' medesimi di fare scudo a' venerabili nomi di S. Agostino , e di S. Tommaso. De hoc ipso argumento quamplura deinde in medium protulit, quæ narrare prætermittam sacri illius dicti memor, *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* Haud tamen dissimulabo , dum ea Pontifex loqueretur , cogitationem istam menti meæ incidisse, eundem in animo habere , fore, ut e cubiculo suo vix egressus quæcunque ex ipsius ore hausissem ad notitiam tam Cardinalis Noallii, quam Antistitis Forojuliensis citatis equis pervenire curarem. Postero autem die ad consalutandum Cardin. Fabronum accedens, Sacramentum, quod, ut dixi , *abscondere bonum est* , eidem tamen propalavi, isque vicissim sensus suos mihi aperuit, quos pariter abscondere bonum est. Id unum dicam, orationi suæ, quæ per sesquihoram perduravit, thema præbuisse verba ista ex libro secundo Regum, *Audientibus enim nobis præcepit Rex tibi, & Abisai, & Ethai dicens : Custodite mihi puerum Absalon.*

Venio nunc ad narranda tria illa Pontificiæ erga me beneficentiæ capita, quæ superius indicavi. De Abbatiali gradu, qui primo lòco ibidem nominatur , sat erit verba, quæ leguntur in Encyclicis ad Præsules Congregationis a P. Abbate de Miro Præside Generali ejusdem conscriptis , huc transferre ; verba , inquam , quibus illæ concluduntur , *Onde da ciò può considerare*

V. P. Rma, che senz' attendersi il tempo del Congresso il sudetto P. D. Angelo Maria deve considerarsi per Abbate di reggimento, con tutte le prerogative, che competono alli medesimi, e se gli assegnerà anche con decreto particolare il governo, che vaca del mentovato Monasterio di Fiorenza di sua professione, per dare un segno della stima, che fa la Religione del sudetto Soggetto, e di concorrere, per quanto può conferirvi il suo arbitrio, coll' intenzione di un così Santo, e Savio Pontefice, che sapeva tanto bene conoscere, e riconoscere il merito delle persone &c. Adeo tamen, suscepto Abbatis gradu, abfui a proposito immiscendi me Regularibus negotiis, ut Abbati Montis-Casini, qui acceptis illis Encyclicis me statim exstimulaverat ad Procuratoris Generalis munus amplectendum, iis sensibus responderim, quos ejusdem Abbatis literæ declarant, *La favoritissima risposta di V. P. Rma non è stata punto dissimile dalla mia aspettazione, mentre sapendola tutta applicata agli studi, me l'immaginavo anche totalmente desiderosa d'ozio, e di quiete, e non già di publiche brighe, le quali sono di grand' impedimento alle lettere. Confesso però che il riguardo del ben comune mi stimolò ad essaltare V. P. Rma, e questo non potendosi separare dal mio cuore &c.* Meus ille erga literarum studia amor, cui testimonium quoque perhibet Abbas Montis-Casini, non amovit me tantum ab ambiendis supremis Congregationis gradibus, sed effecit

fecit præterea, ut demandatum mihi Florentinæ Abbatiæ regimen, antequam etiam ejusdem possessionem inirem, volens, lubensque abdicarem:

Episcopatus tamen oneri (transeo nunc ad alteram Clementis XI. beneficentiam) ut colla submitterem, siquidem accidisset, Romæ lares a Cardinali Petro Priolo locari, Bergomensi Sponsa relicta, adduxerunt me non consanguinei tantum, & amici, sed Ptolemæus quoque Cardinalis, quamvis isti præ cæteris cordi foret, ne eadem studia mea per exoticas occupationes detrimentum caperent. Putavit autem ipse vel illis laboribus, quos pro expurgandis Græcorum Officiis susceperam, incumbere me posse, dum Roma etiam distarem. Hos ipsos sensus, præter quam quod viva voce mihi non semel exposuit, aliquot etiam ejus Epistolia ad me data declararunt, dum diserte ita scribit, *La Santità Sua si assicura, che l'attività tanto stimabile di V. P. operera anche* in distans *per questa, ed altre cause e fini, e però tanto più si compiace nella sua risoluzione circa il di lei merito*. Captam a Sanctitate Sua deliberationem, quam hic indicat Cardinalis Ptolemæus, mihi aliisque paulo post manifestam reddidit schedula ab ipso Pontifice contradita Præsuli Vincentio Alamanno, a Secretis Notarum arcanarum. Hanc iste, mandante eodem Pontifice, oculis meis subjecit. Ita illa in-

 cipie-

cipiebat, *Al P. Abbate Querini il Vescovado di Bergamo con mila scudi di pensione in favore del Sig. Card. Barbarigo; ed al Sig. Card. Pietro Priolo, in compenso di detto Vescovado che venga a dimettere, l'Abbazia di S. Zeno di Verona.* Pensionis mille scutatorum sibi assignatæ fidem mihi fecit oratio etiam Cardinalis Barbarigi, quem memini mihi non clam sed palam aliquando affirmasse, multis scilicet audientibus *di non voler aver à fare con il Procurator Paolo mio Padre, ma con me nell' esiger quella sua pensione.* Quoniam vero nimis onerosa mihi videretur hujusmodi pensio, rogavi Præsulem Majellam, ut officiis suis curaret onus illud a Pontifice extenuari, hocque ab eodem responsum retuli, *Majella avendo avuta la sorte di servire il P. Reverendiss. Ab. Querini nel consaputo affare, rassegnandogli i suoi divotissimi ossequj lo supplica à fargli sapere se dimattina Sabbato verso le ore 17. sarà in S. Callisto, per poter riverirlo, ed insieme riferirgli ciò che ha ricavato, che si riduce ad una puntualissima ripetizione di quanto V. P. Reverendiss. considerava intorno alle difficoltà inestricabili di contentar tutti, con un solo gran divario nel numero de' Pensionarj, che la farà ridere &c.* Pensionariorum numerus iste non quidem Bergomensis Episcopatus mensam respiciebat, sed Abbatiam S. Euphemiæ in Tarvisino agro sitam, quam Abbati Joannello, Episcopo postea Bellunensi, Pontifex destinaverat, octo, vel novem

vem pensionibus gravandam. Ea ipsa Abbatia in causa fuit, ut Bergomensis Episcopatus relinquendi propositum Card. Petrus Priolus abjiceret. Obnixissime enim contendit, ut pro eodem non Abbatia dumtaxat S. Zenonis, sed ista etiam S. Euphemiæ donaretur; qua ratione spoliis omnibus defuncti Cardinalis S. Marci potiri ei contigisset. Pontifex contra firmissime obstitit huicce cupiditati, quod verum quidem esset, Priolum recens defunctum cum Abbatia S. Zenois obtinuisse pariter Abbatiam S. Euphemiæ; at æque verum foret, novum Titularem S. Marci gaudentem jam Abbatia Vangaditiensi, si una simul S. Zenonis Abbatiam assequeretur, ditiori absque dubio censu fruiturum, quam ejus Decessoris census fuisset. Excanduit Pontifex, ut Alamannus Præsul mihi retulit, ad Prioli duritiem hujusmodi, haud minus quam Cardinalis Otthobonus, erga me humaniter propensus, at multo etiam propensior ad obtinendum, ut Cardinalis Priolus consanguineus suus positis laribus, ac proinde, deposita Ecclesiæ Bergomensis sarcina, Romæ habitaret.

Soluta hoc pacto in vapores Bergomensis Ecclesiæ vacatione, haudquaquam elanguit, imo incrementum quodammodo sumpsit Pontificis erga me benevolentia. Benignis itaque auribus excepit excitatum concorditer a Cardinali Otthobono, atque ab Oratore

tore Veneto ſermonem de Conſultoris S. Officii munere mihi tradendo. Munus illud pro arrha Cardinalatus cito aſſequendi communi judicio habitum iri, ſuperius affirmavi, quod præter Dominicanos, & Franciſcanos Fratres, non aliis Regularibus conferri illud conſueviſſet; quapropter Bona Ciſtercienſis, & Noriſius Auguſtinenſis ad eum gradum extra ordinem delecti, paulo poſt ad Cardinalatum conſcenderunt. Adeo feliciter proceſſerat negotii iſtiusmodi ab Otthobono, & Cornelio Legato ſuſcepta procuratio, ut hunc ille Epiſtolio ſuo, primis diebus menſis Martii an. 1721. exarato, certiorem fecerit, Pontificem, quem recens alloquutus fuerat, nil aliud poſtulaſſe, quam ut pro eo gradu mihi conferendo frueretur ipſe *di quel reſpiro, che ſi accorda à chi ha da pagar le cambiali*. Quare ſpei plenus Legatus Cardinali ita reſpondit, *Havendo io già fatto precorrer à Venezia la notizia del grado, che ha da ricevere da S. Santità il noſtro P. Ab. Querini, i Congiunti del medeſimo ſtanno attendendo in ogni Ordinario il lieto avviſo, e però quando V. E. abbia l'adito Giovedì di parlare à S. S. e voglia unire le ſue alle mie premure, ſperarei di poter per Sabato parteciparlo all' Excellentiſſ. Senato &c.* Ita pro re certa habuit idem Legatus rem iſtam pro voto ſuo ſucceſſuram, ut paulo poſt Clementis XI. mortem hæc ad me ſcripſerit, *Se il repentino deſtino di Clemente XI. mi ha levato*

vato il contento di verderla pro interim sedere frà Consultori del S. Offizio, confido ben presto propizia la sorte à qualche buona sopravenienza.

Quod tot, tantisque beneficiis me sibi devinxisset Cornelius Legatus, gratum animum meum eidem quoque modo patefaciendi argumentum sumpsi ex primo ejus accessu ad Innocentium XIII. namque maximam illius magnificentiam his versibus celebravi,

Culmina dum montis subeunt excelsa QUIRINI
Grandia præclari Plaustra laboris opus,
Quæ populi plausus inter, fremitumque secundum
Magnanimus Batavi litoris urget equus,
Fusaque Servorum longo premit agmine turba,
Aureus & circum fulgor ubique micat,
CORNELJ quondam numerati in dote triumphi
Ante oculos hodie sunt tibi, ROMA, tuos.
En celebris renovata vides miracula pompæ,
Queis Capitolinum fulserat ante jugum.
Attonita hic stupeas; namque hæc (fatearis oportet)
Nostra stupere magis, quam tua prisca decet.
Illa etenim fuerant dominæ molimina Romæ,
Romani fuerant Imperiique labor.
Privatas ast jactat opes hæc pompa, triumphis
Cæsareis animum jactat & ista parem,
Et Veneti ostentat dignum splendore SENATUS,
Et dignum mundi PRÆSIDIS ore VIRUM.

At grato animo meo erga Clementem XI. patefaciendo vix sufficeret seu Homericæ, Odysseæ, seu Virgilianæ Æneidis Poema.

Quoniam vero ex ejus Pontificis Scriptis margaritas quamplures ſuperioribus paginis inſperſi, eorum tantum elogium hoc loco inſeram, depromptum ex Nota octava, meæ de Monaſtica Italiæ Hiſtoria conſcribenda Diſſertationi appoſita, elogium inquam, cujus author Poeta Heterodoxus, nimirum Petrus Francius in Amſtelodamenſi Athenæo publicus Hiſtoriæ Profeſſor. Hisce verſibus collaudat iſte Pontificiæ facundiæ majeſtatem,

Tolle caput cœlo Facundia, ſurgite Turres,
Teque ſupra montes erige, Roma, tuos.
Maximus Antiſtes, quo nil illuſtrius usquam eſt,
Oratoris obit munus in Urbe ſua.
Vaticana ſonant ſermone Palatia ſacro,
Totaque facundo pendet ab ore domus.
Major honos priſco nunquam tibi contigit ævo,
Nec plus ex ullo Suada decoris habes.
Romanus quondam fuerat tua gloria Conſul,
Nunc tua Romanus gloria PRÆSUL erit.

Hisce addam Epigraphen, quam aureis literis pictam Iconi Clementis XI. in meo olim Muſeolo in ædibus S. Calliſti, quamplurimis Illuſtrium Virorum imaginibus undique exornato, appoſueram, hanc, inquam,

Λαμπροτάτων πάντων ἀνθρώπων πάντοσε γραπτῶν
Ταῖς ἀρεταῖς ΟΥΤΟΣ Φέρτατος ὥστε κράτει.

CAPUT

CAPUT X.

De exhibito post medium annum MDCCXXI. Innocentio XIII. & Cardinali de Comitibus ejus fratri, Volumine Officii Quadragesimalis Græcorum, & de controversiis, quibus idem paulo post obnoxium fuit, captoque, earundem causa, Romæ an. MDCCXXII. deserendæ consilio; de Vita S. Benedicti Latin. Gr. Venetiis vulgata an. MDCCXXIII.; ac tandem de Corcyrensi Archiepiscopatu delato.

GRæcanicis studiis, quæ Clemente XI. superstite per biennium graviter impenderam in Ecclesiasticorum ejus gentis Officiorum Editionem, fausta admodum contigerunt novi Pontificatus exordia; namque Innocentio XIII. eundem vix assequuto paratum habui, quem offerrem, Tomum primum illorum Officiorum, cui titulus hic inerat, *Officium Quadragesimale recognitum, & castigatum ad fidem præstantissimi Codicis Barberini, in Latinum sermonem conversum, atque Diatribis illustratum.* Ut ea nuncupatio grata evaderet eidem Pontifici, confugi ad Præsulem Scalionum, a Secretis Epistolarum ad Principes, isque humaniter mihi favit, ut ejusdem Epistolium istud demonstrat, *Scaglioni riverisce devotamente il P. Ab. Rmo Querini suo Signore, ed avendo letto con sommo gusto la Dedicatoria*

qui anneſſa, glie la rimette, ringraziandolo altresì vivamente dell' apertura, che gli ha data di poter eſprimere all' Eminentiſſ. Barberini i ſentimenti di ſtima che ha dell' Autore, e dell' Opera, come altresì il gradimento, che ſarà per averne N. S. &c. Vehementer lætatus, ejusdem Principatus primordiis celebrandis quoquo modo inſervire poſſe meam illam nuncupationem, gaudium inſuper luculentius cepi ex cauſa, quam hisce verbis in Epiſtola ei Pontifici inſcripta palam declaravi, *Eo quidem libentius lucubrationes haſce meas Sanctitatis Tuæ obtutibus ſubjicio, quo magis compertum, exploratumque eſt, inter præclariſſimas animi Tui dotes, quibus ſupremum Pontificatum debes, egregiam ſacrarum literarum ſcientiam editum locum obtinere; cujus rei illuſtre admodum argumentum omnium oculis patet plurimis, lectiſſimisque Codicibus referta Bibliotheca domi a Te amplo ſumptu confecta, cui verſandæ ſolemne Tibi fuiſſe partem ſolido demere de die, certis auctoribus accepi; quamque dum nova ſupellectile, eaque eximia his ipſis diebus, quibus hæc ſcribo, auctam miramur, liquido nobis conſtat, Te literarias curas nec a ſumma dignitate, quam geris, alienas arbitrari.* Ut autem auſpicatior adhuc foret ejus Voluminis Editio, Diatribas ad ipſum ſpectantes, & cum eodem compactas ſacrare conſtitui nomini Bernardi Mariæ e Comitibus, ampliſſimi S. R. E. Cardinalis, & Innocentii XIII. Fratris germani. Hunc ſtudiis meis

meis patrocinio ſuo auctoritatem conciliaturum, ſpem jam optimam conceperam, quod bene meminiſſem, *Qua ratione* (verba ipſa uſurpabo, quibus ipſum in Epiſtola Nuncupatoria compellavi) *cum Florentinum Cœnobium, plurium apud nos Provinciarum Viſitatoris officio fungens, luſtrares, inter præcipuas muneris Tui partes reputaveris, ſingularia erga literas æſtimationis, & amoris argumenta exhibere, nec non quibus verbis, ac officiis me ibi eo tempore nactus, alacrem in ætatis fervore iisdem operam dantem, alacriorem adhuc effeceris. Hoc itaque pignore veluti auctoratum patrocinium Tuum lucubrationibus hisce meis exiſtimare mihi poſſe videor; nam ex iis ipſis ſtudiis, queis monita illa Tua fœcunditatem quodammodo indiderunt, progenitæ, Te non tam Mecœnatem ſibi vindicant, quam parentem ſuum agnoſcunt.* Tantorum Mecœnatum præſidio fultus haud propterea negligenda cenſui nova Cenſorum ſuffragia, quibus altera quoque ejus Voluminis pars, etſi cum prima in unum corpus compacta, muniretur. P. Benedetti Soc. Jeſu in ſuo ita loquitur, *Multum offendi* (in Volumine, de quo agitur) *quod merito laudem, atque magnopere ſuſpiciam, eruditionem nempe, judicium, utriusque linguæ Græcæ, & Latinæ peritiam, in rerum abditiſſimarum, atque intra ultimæ Antiquitatis ſinus latentium indagatione laborem improbum, in iis detegendis felicitatem, paremque in iis explican-*

plicandis orationis copiam, atque splendorem. Tandem post multa suffragium suum his verbis absolvit, *Quod reliquum est, sapientissimo Authori annos., & otium opto, & precor, ut bene cœptum opus cætera prolixum, & plenum laboris pari felicitate ad exitum perducat.* P. Thomas Studendoli Ord. Miminor. S. Th. P. & Collegii de Propag. Fide studiorum Præfectus, versionem, & meas quinque Diatribas approbans, inter cætera scribit, *Id nimirum grandis, ut ajebam, Præscriptionis viæ initium est, qua probe pergendo Liturgicæ omnium fere firmiores Catholicorum Dogmatum, de Eucharistia præcipue, aliisque Sacramentis, cultu sacrarum Imaginum, Beatæ Virginis, aliorumque Sanctorum Invocatione, Purgatorio, non oppugnationes quidem Hæreticis, ut hi sibi falso plaudunt, sed probationes convictionesque firmissime Catholicis obveniant, ac patefiant.*

Adeo honorificis Censorum suffragiis, duumque Summorum Pontificum patrociniis, ac demum Congregationis, de qua hic agitur, non assensu tantum, sed plausu communitum meum illud Volumen adversantium cavillationibus patere potuisse, vix erit qui verosimile esse arbitretur. Attamen quo pacto id reapse acciderit, statim Lectorem edocebo. Subortus fuit vehemens timor in Secretario ejusdem Congregationis, ne istius suppressio novi Pontificatus

catus consilium foret, postquam ille comperisset a Scaliono Præsule, cætera haud bene erga se animato, labores meos ita ipsi Pontifici fuisse commendatos, ut Sanctitas Sua facile adduci posset ad credendum nihil obstare, quominus recens instituta Congregatio illa desineret. Quoniam vero idem Secretarius suo in ea muneri novit Deus quales spes superstruxisset, mecum primum egit, ut a laboribus illis imposterum absisterem; at quod in irritum cadere suos istos conatus intelligeret, conversus ad Card. Barberinum, ceu Præfectum ejusdem Congregationis, nihil intentatum reliquit, ut ipsi suaderet in magnum Eminentiæ Suæ dedecus cessuram ejus Congregationis abrogationem. Qua novitate a me comperta, ut clypeum eidem opponerem, meos labores ab omni injuria vindicare statim conatus sum eorundem scopo, in Præfatione alteri illi Voluminis Parti apposita, hisce verbis explicato: *Eo tantum animo vetera Græcorum Officia publici juris facio, quo Isaacius Habertus, Jacobus Goarus, Joannes Morinus, aliique plures Viri eruditi, & novissime Cardinalis Thomasius Sacramentaria, & Liturgica cum antiquis Codicibus collata ediderunt, a quorum doctrina licet longissimo absim intervallo, nihil tamen vetat, quominus positis a giganteo pede vestigiis parvulus etiam infans insistam. Eò demum animo in hanc Editionem incumbo, quo de gravioribus Apostolicæ Sedis*

Sedis negotiis, puta de librorum doctrina, de Propositionum sensu, & aliis hujusmodi, dum etiam ejusdem Sedis judicium expectatur, privatis Authoribus licet absque ullo supremæ authoritatis detrimento privatam ferre sententiam, nec non edita de illis Romanorum Pontificum Decreta pro captu quisque suo interpretari, vadum (ut dici solet) tentantes, dummodo nihil pronuntient, quod a Catholico dogmate abludat.

At parum, imo nihil sensibus in ea Præfatione enunciatis, quosque viva voce magis, magisque declarandi occasionem nullam omittebam, profeci. Omnes enim machinas adhibuerunt Cardinalis Barberinus, seu Fr. Antonius de Simeonibus, illius (absit verbo invidia) insufflator, ut Congregatio ipsa suam interponeret authoritatem, ne mihi susceptum opus prosequi liceret, donec ipsa in decernendis emendationibus, quibus vacaverat, & vacatura foret, suo prorsus munere functa fuisset. Ut machinis illis cederent Cardinales, Ptolemæus, Salernus, Fabronus (Casonus jam obierat) eorundem mansuetudo effecit. Quare prodiit post varias discussiones a Congregatione Edictum, cujuscemodi emanare Barberinus, & de Simeonibus ceu pro aris, & focis contenderant. Adactus itaque fui a tabula manum removere, imperfectumque opus relinquere, ut statim judicavi, usque ad Græcas Calendas. Rem istam

istam vere evenisse ex causis, & artibus modo indicatis, ut indubiis documentis comprobem, statim offero Cardinalium Ptolemæi, atque Otthoboni literas post aliquot menses ad me datas. Hic ad me ita scripsit, *Sa molto bene V. P. che non posso avere impegno per lei, che non rifletta in me stesso, e se altri avessero meglio provveduto al vantaggio proprio, non si darebbe un caso che per ogni verso ha dell' improprietà, per non servirmi di termine piu caricato. La prego però, come che hà voluto essere di animo superiore sin ora; continuare colla medesima superiorità sin a tanto, ch' il tempo dia un apertura conveniente al riparo dovuto alla P. V. &c.* Idem Cardinalis Otthobonus alteras istas paulo post ad me dedit, *Non ho mancato di parlare al Sig. Card. Tolomæi, e per meglio informare la Pat. V. de' sentimenti di S. E. gli ho dettati nell' ingionto foglio che prego non far veder ad altri per non aumentar le dicerìe, potendo bensì V. P. scrivere al Sig. Card. e mostrarsi avvisata da me di tutt' il contenuto nel foglio medesimo.* Ejus autem folii summa ista est, *Il Personaggio ha risposto*, quod differtur non aufertur. *Egli sa donde è nata l'origine di una tal mortificazione, che soffre innocentemente. Tutte le cose erano aggiustate, ma l'invidia sotto pretesto di vero zelo seppe trovar il modo di troncarle, con rappresentare, che non convenia che mentre una Congregazione era applicata alla correzione in questio-*

questione, un particolar per far pompa della propria erudizione, la prevenisse colla stampa. Il P. Abate è consigliato di aver pazienza, quando tanti altri l'hanno avuta per maggior tempo di quello dovrà Egli averla. La stessa sofferenza, e moderazione gli sarà di merito, quando, se gli animi s'irritassero, non potrebbe ch'essergli di pregiudizio per tutte quelle idee, che un Religioso della di lui nascita, e profonda erudizione puole e deve avere &c. Ad manus habeo literas Cardinalium, Ptolemæi, Fabroni, & Salerni, in quibus ii ipsi sensus comparent, qui in folio mox recitato enunciantur, literas pariter Præsulis Tedeschi, Archiepiscopi Apameni, & Leandri de Porzia, Abbatis, pares omnino sensus referentes. At ex illis omnibus unam tantum Tedeschi periodum in medium afferram, *Non ho veduto cosa simile in tanti anni che dimoro in questa Città, e mi veggio astretto à chinar il capo, e restringermi in me stesso, ed attribuire à fatale disgrazia di chi vuol fare qualche cosa di buono, l'insorgergli poi contro ed amarezze, ed disgusti &c.*

Literæ omnes, quas jam jam recitavi, seu enunciavi, perlatæ ad me sunt, postquam Roma mense Martio an. 1722. discessissem. Consilium cepi eandem deferendi, ut inde quisque intelligeret, deliberatum mihi esse, æquam mentem ex Horatii monito servare rebus in arduis. Primo

Primo itaque ad Sublacenſe Cœnobium commeavi, deinde ad Farfenſe, ac demum Patavium, & Venetias, unde ad generalia mei Ordinis Comitia, poſt paucos menſes habenda in Cœnobio Mantuano S. Benedicti, facili negotio pertranſirem. Qua autem ratione mei hujuſcemodi ſeceſſus tempus tranſegerim, palam faciat liber an. 1723. Venetiis in lucem editus, cuique hujuſmodi titulus ineſt, *Vita Latino-Græca S. P. Benedicti. Textus Latinus Authore Gregorio M. cum duobus Codicibus MSS. Sublacenſibus nunc primum comparatur, exhibitis etiam variantibus veterum Editionum lectionibus. Verſio Græca Authore Zacharia Papa eadem ratione cum Cod. MS. Abbatiæ Florentinæ confertur. Altera pars Veterum Carmina, Sermones, & Homilias de S. P. Benedicto complectitur. Poſtrema Variorum in eandem Vitam Notas contractas, & ad examen revocatas in medium affert.* Huic Operi nullam Epiſtolam Dedicatoriam præmiſi, nullam Præfationem appoſui, ſed breve dumtaxat hujuſmodi Elogium,

DIVO BENEDICTO
Literarium Sublacenſis Seceſſus fructum,
Eidem in Sacra ejus Crypta
Voto addictum,
Pietatis, gratique animi
Erga Sanctiſſimum Parentem, atque Magiſtrum
Monumentum
Dicat, & Offert
Alumnorum, ac Filiorum Infimus.

 Sequi-

Sequitur poſtea Procemium in quatuor libros Dialogorum S. Gregorii M. quod legitur in MS. Florentino, & in quibusdam aliis; deinde ſubnectitur quod de Verſione Græca eorundem Dialogorum proditur in Edit. Rom. an MDXCI. Ibidem inter cætera id traditur, *Qui* (Dialogi S. Gregorii M.) *hæreticorum quorundam omnia temere oppugnantium pravis ſtudiis exagitati, in poſterum præſidio firmiſſimo communiuntur Græcæ hujus Interpretationis veteris; qua a tam erudito Pontifice Zacharia nihil neque ad veri perſpicientiam, neque ad rerum, quæ commemorantur, gravitatem, neque ad dogmatum pondus, dici, aut exprimi aptius potuit.* Subjungitur poſtea Græcum Epigramma, quo eruditus, & celebris, veluti ſe appellat, Ἰατροσοφιστής, tenuem meum illum laborem commendavit. Carminum, & Sermonum Authores p. 136. ita recenſentur; Carminum quidem, Marcus Monachus Caſinenſis, Paulus Diaconus & Monachus Caſinenſis, Bertharius Martyr & Abbas Caſinenſis, Adhelmus Abbas & Epiſcopus Schireburnenſis, Alphanus ex Monacho Caſinenſi Archiepiſcopus Salernitanus, Petrus Mauritii Abbas Cluniacenſis, Anonymus in Breviario MS. S. Zenonis Veronæ, Anon. in Breviario MS. S. Georgii Majoris Venetiarum, Anon. in Hymnis impreſſis Venetiis an. 1525. Anon. in Sequentia ex antiquis Miſſalibus, Anon. in Odis Gr. Lat. ex magnis

magnis Græcorum Menæis : Sermonum vero, Paulus Diaconus, Odo Abbas Cluniacensis, atque Floriacensis, Aymonius Monachus Floriacensis, Goffridus Abbas Vindocinensis, Petrus Damiani, Bernardus Abbas Clarevallensis, Guerricus Abbas Igniacensis, Petrus Diaconus & Monachus Casinensis. Tandem Auctores variarum Notarum, quæ referuntur, & expenduntur, in postrema libri pagina ita declarantur, Cæsar Cardinalis Baronius, Arnoldus Wion, Simon Milletius, Matthæus Lauretus, Benedictus Hæphtenus, Angelus de Nuce, Joannes Mabillonius.

In Monasterio Sublacensi, ad quod superius dixi me Roma profectum fuisse, celebravi Festum S. Benedicti. Deinde ad Monasterium Casemarii perrexi, cui præerat Cœlestinus Pezangheri, Casinensis antea Congregationis, deinde Trapensis Instituti alumnus. Cum isto, ejusque Cœnobitis integram hebdomadam Sanctam insumpsi, imo, iisdem ita cupientibus, Pontificalia ipse munia omnia peregi tam diurna, quam nocturna Tridui Sancti diebus; nocturna, inquam, nam ex Trapensium ritu Matutinæ ejus Tridui horæ, non vespere, sed noctu decantantur. Humanissime mecum egit toto eo tempore Abbas ille, nec passus est Cœnobium suum a me deseri, nisi post triduum quoque Paschale in eodem pera-

ctum. Mansi igitur apud ipsum haud quidem invitus, ea etiam de Causa, quod excelleret ipse Græcæ linguæ peritia, quam Romæ didicerat præceptore Jo. Baptista de Miro. Reversus ad Sublacense Cœnobium aliquot diebus ibidem substiti, ac postea per loca admodum aspera ad Farfensem Abbatiam revisendam me contuli. Imminebat jam æstas; quare constitui, ne incommodos ejusdem calores itinerando experirer, ad Venetos fines initio mensis Junii pervadere. Eo itaque advectus, in Monasterio Patavino S. Justinæ sedem fixi, nec eam deserui, nisi ut mensem Venetiis transigerem, mensemque alterum ruri una cum fratribus, atque nepotibus in agro Tarvisino. Patavii autem manens, præter assiduam cum doctis Viris consuetudinem, singularem oblectationem capiebam ex illustranda, de qua jam jam loquutus sum, S. Benedicti Vita; nam eo tempore Venetiis eandem imprimi curans, exegi tamen a Typographo, ut folia quotquot prælo consignarentur, Patavium antea perlata oculos meos subirent.

Georgius Cardinalis Cornelius, ad quem frequenter consalutandum adibam, conscius jam a me factus adversæ sortis, quam Romæ perpessa fuerant studia a me impensa in Ecclesiasticos Græcorum libros, magnopere se probare subinde mihi affirmabat commeatio-

meationem, quam feceram ad Venetos meos, & tranquillam ſtationem, quam mihi ſelegeram, donec Mantuam pergendi tempus adventaſſet. At heu! heu! itineri illi meo obitus ejusdem Cardinalis antevertit. Certior iſte effectus Sereniſſimum Venetorum Ducem fratrem ſuum menſe Auguſto anni, cujus hiſtoriam contexo, periculoſe ægrotare, ſtatim Venetias ſibi adeundas decrevit. Verum, dum profectioni illi ſe accingit, graviſſimo & ipſe morbo tentari cœpit, isque intra paucos dies eundem abſumſit. Eodem ferme tempore e vivis ſublatus fuit Joannes Dux ejus frater. Ex eo Cardin. Cornelii interitu nova quædam rerum mearum facies ſeſe e veſtigio mihi ſpectandam exhibuit, nam quotquot Romæ reliqueram ſeu amicos, ſeu Mecœnates, datis uno velut exemplo literis, ominati ſunt Epiſcopales infulas capiti meo non defuturas, ſiquidem ad Patavinas ſeu Cardinalis Priolus ex Bergomenſibus, ſeu Cardinalis Barbadicus ex Brixienſibus, ſeu etiam Præſul Maurocenus ex Tarviſinis aſcendiſſet. Revera Deus voluit, ut Corcyrenſes mihi obtingerent. Has tamen non volens, libensque recepi, ſed ſuaſus tantum aliorum conſiliis, imo authoritate compulſus, ut recitandæ mox literæ oſtendent. Pluribus egregiam ſuam in hoc negotio erga me voluntatem Andreas Cornelius declaravit, & æque decla-

randam nomine ſuo curavit ab Abbate Auguſtino Bruto, qui principem locum inter ejus familiares obtinebat, obtinuitque paulo poſt inſignis Aſulanæ Abbatiæ Præſulatum, ex quo deinde evectus fuit ad Juſtinopolitanæ Eccleſiæ thronum. At utriusque literis omiſſis ſat erit hic afferri eas, quas ad me dederunt Cardinalis Otthobonus, & Leander Abbas de Porzia. Ille hæc ad me, *Devo à queſto conto domandarle ſcuſa ſe mi ſono preſo un arbitrio Giovedì paſſato di ringratiare S. S. in nome ſuo. Il Papa lo ha gradito all' eſtremo, ed io ho avvanzato queſto paſſo à riguardo che ſpargevano molti, che lei non l'aurebbe accettato, e ſi era moſtrato offeſo di queſta deſtinazione. Ho ciò fatto con un cuore che merita ch' ella mi ſecondi &c.* Abbas autem de Porzia ita ſcribit, *Dirò à V. P. R̃ma di avere i più forti motivi di ſupplicarla à dimoſtrare la più pronta raſſegnazione ai Sovrani voleri di N. S. In queſt' articolo non poſſo eſporr' argomenti, poſſo bensì ſupplicarla ad avermi tutta la fede. Oltre a ciò abbia Ella la bontà di eſaminare con ſenſo di giuſtizia le ſue doti di dottrina, ſpecialmente ſacra, di letteratura Greca, di talento, di ſpirito, di gioventù, di robuſtezza, e poi rifletta ſe può trovare una Sede più opportuna per ſervigio di Dio, della S. Sede, e per la particolare ſua gloria &c.*

CAPUT

CAPUT XI.

De itinere Romam versus inito mense Octobri an. MDCCXXIII. de Consecrazione Episcopali ibidem suscepta, de Venetiis intra mensem Decembrem repetitis, deque terrestri profectione ad Corcyræ insulam mense Martio an. MDCCXXIV.

ITaque mente prorsus pacata, fatorumque veluti immemor, quæ utrumque miserum illum fœtum meorum Monasticorum, & Græcanicorum studiorum acerbe jactaverant, totum me dedi animo meo his sensibus imbuendo, qui unice decerent hominem Pastoralibus muniis brevi initiandum. Romanum ergo iter suscepi, sex tamen dumtaxat mensibus post Infulas illas mihi destinatas, quod ita Patriæ quædam leges deposcerent, quas æque adactus fuerat implere Fortunatus Maurocenus, Consobrinus meus, dum ex Monastica & ipse Cuculla ad Tarvisinæ Ecclesiæ Infulas ascendit. Romam autem ingressus sum desinente mense Octobri an. 1723. quum antea Fanensi in Urbe per aliquot dies permansissem, exceptus hospitio, omnibusque sinceræ benevolentiæ significationibus a mei amantissimo Præsule, Carolo Rezzonico, ejus Urbis Gubernatore. Fidam cum hoc necessitudinem junxeram primis diebus, quibus post itinera ultramontana ad Romana

mœnia acceſſi, eandemque diligenter excolui usque in hodiernum diem; maximaque proinde lætitia afficior, dum mente revolvo, quod adipiſcendi Epiſcopatus Patavini author ipſi quodammodo ego fuerim, Infulas illas recuſando, ut clarius ſuo loco edocebo, & ex eadem cauſa author proinde elogii maxime ſingularis, quod ipſi contexuit BENEDICTUS XIV. in Apoſtolicis literis ad eundem datis occaſione novi honoris ab ipſo Pontifice in Patavinum Capitulum collati. Has Patavii ampliſſima forma impreſſas mihi dignatus fuit transmittere Cardinalis Valenti a Secretis Status, quod pro certo, ut ego quidem autumo, haberet, æque Cardinalis Rezzonici laudes, ac Collegii Patavini honorificentias gratas mihi valde futuras. In eadem Fani Urbe innumeros propemodum ſermones commiſcui cum Comite Petro Paulo Marcolino, veluti ultus adverſam ſortem, quæ mihi inviderat parem voluptatem, quam capere tam Pariſiis, quam Romæ ex mutuis colloquiis debuiſſem, niſi ſors illa obſtitiſſet. Cum eo ergo Viro literis omnibus excultiſſimo, & erga me humaniſſimo arctam illam tunc inivi familiaritatem, quam oſtendunt literæ aliquot inter meas Decades ad eundem exaratæ. Domicilium mihi Romæ præbuerunt ædes S. Calliſti. Ad haſce pervectus curam ſtatim omnem impendi, ut intra ſesquimenſem ab iis omnibus,

bus, quæ in Alma Urbe incumbunt recens designatis Episcopis Italis, me expedirem. Itaque curavi, ut sollicite admitterer ad Innocentii XIII. Pedes, admissusque filiali reverentia exposui animi mei ægritudinem, quod commigrandum mihi foret ad obeundum Episcopale officium in iis regionibus, quæ vasto aquarum tractu ab Italico Continenti sejunctæ, & ex communis Christianorum hostis vicinia omni tempore sollicitæ, ac proinde militiæ cum terrestris, tum maritimæ strepitu undique agitatæ, non quidem artium, studiorumque, sed armorum sedes viderentur. His ipsis verbis in Pastorali Epistola ad Corcyrenses data professus sum, me eandem ægritudinem ad Sanctos illos Pedes detulisse, ac deinde ita ibidem subdidi, *Verum enimvero Sanctissimus Pater propensa admodum voluntate a se Corcyrensem Ecclesiam commissam mihi fuisse significans, ea dictorum efficacia jacentem animum erexit, atque confirmavit, ut illico in Virum alterum commutatus, non pavorem tantum, atque mæstitiam omnem depulerim, sed præterea gaudio illo perfusum me senserim, quod beatus Jacobus in Epistolæ suæ exordio fratribus maxime commendavit, Omne gaudium, inquiens, existimate, Fratres, cum in varias tentationes incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operatur.* Illud ipsum gaudium jugiter prætuli toto eo tempore, quo Romæ perstiti, adeo ut eadem haud medio-

 criter

criter mirarentur quotquot in ea Alma Urbe haberent comperta, quæ de rebus meis Clemens XI. beneficentissime ante binos dumtaxat annos cogitaverat. Inter cæteros Fabritius Card. Paulutius, quo nemo magis conscius ejusdem beneficentiæ ob munus Secretarii Status, quod eodem Pontifice gesserat, vices meas se dolere semel, iterumque affirmavit, quod ex Bergomensium collium altitudine (hæc ejus fuerunt verba) delapsus fuissem in aquarum profunda. Examen de more subii coram ipso Pontifice, obtigeruntque mihi Examinatores, Cardinalis Fabronus, P. Generalis Conventualium, P. Jacobus de la Fontaine Soc. Jesu. Pro impertiendo autem mihi Consecrationis Episcopalis munere non alium Cardinalem rogandum statui, nisi Barberinum; isque adeo libenter precibus meis indulsit, ut omnibus animadvertendi occasionem dederit, turbas, de quibus supra loquutus sum, & quarum ipse præcipuus author habebatur, nihil prorsus detraxisse priscæ humanitati, qua me Romam primo advenientem amplexatus fuerat. Peracta fuit Consecratio die S. Andreæ in Ecclesia S. Marci, Assistentium munere fungentibus Augusto Zacco, ex Archiepiscopatu Corcyrensi ad Tarvisinam Sedem translato, & Nicol. Mar. Tedeschi, Archiepiscopo Apameno. Lauto nos omnes convivio idem Cardinalis excepit; me

vero

vero præterea Casula, seu Planeta aureis figuris excellenti opere variata donavit. Is ipse mihi eo tempore narravit, quodam die, se audiente, Clementem XI. cujus oculis exhibuerat folia complura a me elaborata pro librorum Ecclesiasticorum emendatione, ducto suspirio hæc ipsa verba protulisse, *E pure ci vogliono levare da Roma questo Soggetto con farcelo far Vescovo di Bergamo, quando meritarebbe quel più, che piaccia al Cielo sia per maturarsi nel nostro Pontificato.* Hac re accepta gratias egi, quas debebam, eidem Cardinali; at una simul ingenue sum fassus, satius mihi visum fuisse, si me de ea notitia, quemadmodum antea, ita eo pariter tempore celasset, quo mihi scilicet illa creando tantum rubori inserviret.

Ex Cardinalibus, quos omnes de more invisi, nemo me diutius detinuit Fabrono, ac Ptolemæo. Ille totus fuit in me consolando, ratus me ægre admodum ferre vices illas, quibus me subjecerant, demortuo Clemente XI. novi Pontificatus exordia. Quamvis autem eidem affirmassem, me de iisdem vicibus sedato omnino animo esse, perstitit tamen ipse in oratione sua prosequenda, quæ non alia, ut verum fatear, mihi videbatur, quam adhiberi solita ex Christianæ caritatis officio erga miseros illos homines, quos ad extremum supplicium deduci contingit. Ac revera

postea

poſtea intellexi, Fabroni egregiam pietatem ſæpius in officio illo præſtando ſui ipſius documenta præbere conſueviſſe. Habuit iſte orationem, quam dixi, in ſecreto quodam ædium ſuarum loco, primisque noctis tenebris ſe intendentibus, & idcirco pronius imaginem ſolatoris cruciariórum animus meus ſibi confinxit. Percunctatus idem a me eſt, dum ab ipſo diſcederem, an Jeſuitarum Collegium aliquod in Corcyræ inſula adeſſet; quumque ei reſpondiſſem, nullum Collegium, ſtationem nullam ibidem Societatis Patres habere, mox ille ſubjunxit, *Biſogna dunque dire che ſia quell' Iſola un gran cattivo ſoggiorno; onde tanto più, Monſig. mio, vi compatiſco.* Converterat antea ille ſermonem ad turbas Gallicanas, & vehementer queſtus fuerat, tam Amelotum a Ludovico XIV. Romam Ablegatum, quam Cardinales Rohanium, & Biſſy, qui recens e Gallia ad Pontificia Comitia acceſſerant, nil frequentius, dum ſecum colloquerentur, in ore habuiſſe, quam *Nos uſages*, *Nos uſages*, unde opus habuerit iisdem regerere, *Mais les uſages du Saint Siege, de l'Egliſe de Rome Mere, & Maître ſſe* „ad quam oportet univerſam con„venire Eccleſiam,„ *ne valent ils pas mieux, Meſſieurs, que Vos uſages, que Vos uſages?* Cardinalis autem Ptolemæus valde prolixum mecum ſermonem habuit de benevolentia, qua Græcos in Corcyræ inſula morantes

rantes complecti deberem. Inde ergo argumentum sumsi ab ipso sciscitandi, num ea benevolentia efficere posset, ut cum iisdem Latinus Clerus, & ipsemet Archiepiscopus absque flagitio in Divinis etiam communicarent. Nullam de hac re difficultatem excitandam esse respondit, quandoquidem, ajebat ille, post reconciliatas invicem Ecclesias Latinam, & Græcam in Concilio Florentino, perseverare ubique censenda est earum unio, nisi ab ista peculiares aliquæ Græcorum Ecclesiæ recessisse Canonico judicio statuantur. Judicium autem istiusmodi ferri non potest nisi ab Apostolica Sede, quæ proinde, quum illud minime pronunciasse comperiatur adversus Græcos Corcyræos, Archiepiscopi illius Insulæ non erit semetipsum ab eorundem communione secernere. Obstupui, ut verum fatear, aliquantulum hæc audiens, subdidique: Quoniam Græcorum in ea Insula Præsul (*Protopapà* vocatur) literas, quibus sacra ipsi potestas demandabatur, non ab Apostolica Sede, sed a Græco Patriarcha Constantinopolitano accipere consuevisset, id mihi satis idoneum videri ad ostendendum, non Orthodoxæ, sed Schismaticæ Ecclesiæ Præsulem eundem adhærere. Unde nossem, illico reposuit Ptolemæus, Patriarcham illum Schismaticis esse accensendum, quum nullum extet de ea re Apostolicæ Sedis judicatum?

catum ? Ad hæc ego : Utique novi ex Patriarchæ Camilli Cybo facta a Clemente XI. institutione , cui certe locus non fuiſſet, ſi Patriarcham CPoli degentem ceu verum Patriarcham idem Pontifex agnoviſſet. Cur non habere poſſumus , inſtabat Ptolemæus , Patriarcham Græcum pro vero Græcorum Patriarcha, & una ſimul Patriarcham Latinum pro vero Patriarcha Latinorum ? Venit tunc mihi in mentem , quod de eodem Cardinali narrantem aliquando audieram Cardinalem Aloyſium Priolum, neminem ſcilicet eſſe, qui, dum Congregationes haberentur, illius doctrinam non maximi penderet , at una ſimul omnes agnoſcere, ingenio adeo agili, ſeu verſatili eundem præditum eſſe, ut, ſiquidem aggrederetur demonſtrare, ſcamnum in conclavi ejus Congregationis ſitum non ſcamnum eſſe, ſed feneſtram ejusdem conclavis, conatus hujusmodi ſuos fruſtra cadere ille nullo modo paſſurus fuiſſet. Ptolemæo, & Fabrono addam Salernum. Pollebat iſte peritia rerum Græcanicarum, cujus præclarum ſpecimen præbuerat in libro, cui titulus, *Specimen Orientalis Eccleſiæ*, a ſe edito, dum Romæ in S. Athanaſii Collegio Græcam juventutem doceret. Earundem penitius dignoſcendarum natale etiam ſolum adjumentum ipſi miniſtraverat; ortus ſiquidem erat in Calabriæ regione Græcis populis frequente. Retulit is mihi,

Differ-

Dissertationem se confecisse de licito Latinorum cum Græcis in sacris commercio, curaturumque, ut meas ad manus adveniret, quod revera accidit, ut suo loco narrabo. De eodem argumento quum Fabroni quoque sensus percipere studuissem, abstinuit ipse quidpiam interfari, eo dicto usus, quod usurpare passim, dum Congregationi in librorum Græcorum correctionem incumbenti interesset, consueverat, videlicet, *Signori miei, io entro in questa Congregazione come Pilato nel Credo*; tanta erat Viri illius sinceritas, atque modestia, ut se imparem arbitraretur muneri suo in ea Congregatione satisfaciendo, quod Græcæ linguæ notitia destitueretur.

Roma jam jam discessurus, iterum Pontificem adii, a quo benignissime exceptus, saluberrima quædam monita ex sacro ejus ore accepi. Ea minime passus sum e memoria mea excidere, donec Corcyrensem Ecclesiam administravi. Narravit ille mihi clementissime quemadmodum ex delato sibi munere ab Alexandro VIII. Venetias perferendi bellica insignia ad honoranda præclarissima Jo. Francisci Mauroceni, Venetorum Ducis, adversus Turcas gesta, sat distincte perceperit, quibus ex causis exortæ fuerint contentiones de Ecclesiastica immunitate inter eundem Maurocenum Corcyræ degentem cum summo maritimæ rei imperio, & Marcum Anton. Barbadicum, ejus-

ejusdem Insulæ Metropolitam, S. R. E. postea Cardinalem, & Montis-Falisci Antistitem. Ea narratio Pontifici occasionem dedit sapientissimis verbis mihi inculcandi, ut paria seu ejusdem mei Decessoris, seu aliorum Episcoporum cum potestate sæculari contendentium exempla nonnisi admodum caute imitarer, caveremque propterea, ne animosius quam par foret in hujuscemodi caussis me gererem, fretus auxilio, quod Venetiis familiæ meæ officia mihi forent præstitura. Conclusit tandem, nihil inconsulto tentandum a me esse ex ejusdem auxilii spe, imo nec de isto cogitandum, nisi postquam, Religione, & prudentia vere suadentibus, ardui quidquam suscipere adactus fuissem. Petii tunc a Pontifice veniam, ut mihi eidem referre liceret, quod nuperrime intellexeram a Fortunato Mauroceno, Tarvisino Episcopo, Mauroceni Ducis Nepote, meoque Consobrino, nimirum, eundem Ducem a Præsule Georgio Emo, Barbadici successore, aliquando interrogatum de loco, quem sibi assignari in extraordinaria aliqua Cærimonia Ecclesiastica, quæ peragenda occurrebat, Dux idem optasset, ita respondisse, *Come più piase à S. Signoria Illma, mentre no vogio più far Gardenali*. Risit ex animo Pontifex, meque Apostolica benedictione donatum e suo Conspectu dimisit, id postremo commendans, ut, quo citius fieri posset, ad meam Ecclesiam regendam commigrarem.

Medio

Medio ergo menſe Decembri Venetias verſus iter arripui, & quidem citatis equis. Intra biduum Nuceriam perveni, humaniſſimeque hoſpitio me ibidem excepit Alexander Borgia, Præſul pietate & doctrina præſtantiſſimus, quas ejus dotes publice teſtandi anſam mihi præbuerunt literæ ante biennium ad eundem a me conſcriptæ, & typis impreſſæ. Nuceria vero profectus intra diem Fanenſem urbem attigi, atque in ea novis Rezzonici Gubernatoris benevolentiæ argumentis recreatus ſum, novisque pariter colloquiis cum Ballivo Marcolino. Bononiam deinde perrexi, & Bononia Ferrariam. Hac in civitate nactus Stephanum Franzinum, Monaſterii S. Benedicti Abbatem, Præſulemque Generalem Congregationis Caſinenſis, adactum omnino me ſenſi ab incomparabili ejus comitate ad ſecum tranſigenda bina priora Natalitia Feſta. Iis elapſis Venetias properavi. Iſta in urbe per binos menſes manens non aliam curam ſuſcepi, niſi ut omnibus ad iter, quod eram confecturus, cito apparatis ad Eccleſiam meam advolarem. Exhibui autem me de more Sereniſſimi Principis Aloyſii Mocenici Conſpectui, dum is ſcilicet in Throno ſederet adſtantibus Excellentiſſimis Conſiliariis. Quoniam iſte ſumma cum laude ante adeptum Principatum obiiſſet munus Imperatorium in Orientis regionibus, ad quas ego commeaturus forem, propterea filialis

mei erga Patriam obſequii ſignificationibus, quas oratio mea complecti debebat, hunc tandem colophonem addidi, Gratiſſimum mihi futurum in iis partibus haurire auribus meis, quot & quanta de militaribus Sereniſſimi Mocenici geſtis prædicarentur, haud minus equidem ſuſpicienda, quam virtutum decora, quibus ipſe in præſens Venetum thronum exornabat. Præter ſuaviſſima conſanguineorum officia, binis illis menſibus, quibus ea in urbe moram traxi, favit mihi ſingulariter benignitas Cajetani Stampæ, Apoſtolici ibidem Nuncii, Petri Barbadici, Venetiarum Patriarchæ, Marci Juſtiniani, Epiſcopi Torcellenſis, avunculi mei, Danielis Delphini, Aquilejenſis Coadjutoris, ac demum, ut reliquos omittam, Franciſci Corrarii, & Comitis Schulemburgii. Ambo iſti poſt paucos menſes Corcyram erant adituri, ut ſuprema ſua munia ibidem exercerent.

Nono, aut decimo die menſis Martii itineri me dedi, ac veloci curſu totam propemodum Italiam percurri, Patavio videlicet Hydruntum usque, quo ex loco navigationem Corcyram verſus inire conſtitueram. Aliquantulum tamen Fani ſubſtiti; jam certior factus, voluptati, quam rurſus percepturus eſſem ex Rezzonici Præſulis, & Marcolini commercio, eam quoque addendam eſſe, quam mihi mirum in modum procrearet Salviati Præſulis, paulo ante ex

Ave-

Avenionensi Præfectura ad Urbinatis Legationis administrationem translati, aditio. Revera, ut primum accepit, me Fanum attigisse, eo & ipse se transtulit. Unam lucem amicissime in Ædibus Gubernatoris insumsimus, altera vero junctim accessimus ad Villam, quam idem Salviatus sibi selegerat ad rusticandum, tertia demum perreximus ad vicum Montis-Radii, quo in loco ampla possidet prædia Collegium Germanico-Romanum. Eorum opum custodia credita tunc erat a Rectore ejus Collegii Fratri Mazza, cujus nomen admodum celebre in iis regionibus, quod benevolus foret Cardinalium, aliorumque Præsulum hospes. Hujuscemodi expertus ego sum eo die, quo apud ipsum permansi. Inde vero iter cepi ad Ædem Virginis Lauretanæ, sacrisque ibidem valde mane operatus, Romam intra triduum adveni. Hanc tamen minime ingressus sum, properandi Neapolim versus itineris causa, & causa etiam Comitiorum Pontificiorum, quæ mortuo jam Innocentio XIII. habebantur. Non adeo propere datum mihi fuit Neapoli Hydruntum proficisci, quod aliquam a me moram duci in Monasterio S. Severini amantissime flagitasset, qui illud moderabatur, Pater Abbas de Miro. Hujus humanitati eo facilius obsequutus sum, quod in ea urbe expectare constituissem nuncium a Consule Veneto Hydruntino mihi transmittendum

de appulſu Venetarum navium, quibus Hydrunto in Corcyram deducerer. Advenit tamen cito nuncius iſte, ac proinde nulla interpoſita mora Hydruntum contendi. Eo in loco, dum jam jam conſcenſurus forem binas Veneti Præfecti (*Almirante* vocatur) naves, quo munere tunc fungebatur Franciſcus Peſaro, inſonuit repente auribus meis publica vox, ad ſupremum Pontificatum evectum fuiſſe Cardin. Vincentium Mariam Urſinum, Archiepiſcopum Beneventanum. Doluit mihi ſubito haud mediocriter, ut verum fatear, cecidiſſe ſortem ſuper Virum mihi nec de facie notum, dum tamen pleroſque omnes Cardinales *Papabiles* (ut Romæ dicitur) mihi familiariter noſcere contigiſſet, iiſdemque præbere haud rara ſpecimina mei ingenioli, laborum ſcilicet, quos Romanæ Sedis ſervitio ab aliquot jam annis addixiſſem. Toto cœlo me aberraſſe, dum dolorem illum concepi, edocebunt quæ paulo poſt ſequentur.

Dum in eo ſum, ut Caput iſtud, omniaque proinde quæ ad Innocentii XIII. Pontificatum attinent, concludam, en Brixiam accedit Paulus nepos meus, graviſſimo profecto Magiſtratu Inquiſitoris a Patria inſignitus, eoque non in hac tantum urbe, ſed in aliis etiam Veneti Continentis exercendo. Curſum ſuum huc recta intendit, magnopere anxius valetudinis

meæ

meæ ſtatum propriis oculis explorandi, medicasque Conſultationes, quas Venetiis a præſtantiſſimis Profeſſoribus ſibi tradi curaverat, in medium afferendi. Hæ omnes tendebant ad morbi, quem ſcorbutum vocant, curationem. Ingreſſus autem ad me, confeſtim exclamavit, paratum ſe eſſe ad Conſultationes illas concerpendas, ſeu comburendas, nam omnino vegetum, & alacrem me invenit, nullumque adeſſe in toto meo corpore, ut ita dicam, nævum, unde morbi genus illud ſeſe proderet; non crurum, aut gingivarum putredinem, non puſularum eruptiones, non halitus graveolentiam, non inflationem membrorum. Miratus ergo ſummopere eſt, adeo falſo Venetiis diſſeminatum fuiſſe, me morbo illo tentari. Affirmavi ego, non aliam fuiſſe morbi mei indolem, quam eam, cujus deſcriptioni locum feceram in Parte hac ſecunda mei Commentarii p. 103. & ſeq. Addidique deinde, ex applicatis lacteis balneis ante paucos dies pedum extremitati, ob immodicum pellis urſinæ, & ignis calorem vitiatæ, ſeu aduſtæ, ut ibidem expoſui, partem illam molliorem jam effectam procul a ſe propulſaſſe tumorem, maculas, & ſpicula illa, quæ ſubinde mediocrem quidem dolorem, at ingentem moleſtiam mihi, præſertim dormienti, exhibebant. Quod ſpectat ad gingivas, ſubjunxi, nullam in iis putrem materiam coa-

cervatam unquam fuisse, sed intumuisse ipsas tantummodo, idque ex dentium jamdiu vitiosorum labefactione, ac proinde ab eodem tumore liberam, ac prorsus integram semper mansisse earundem partem multo majorem, quæ dentibus destitueretur, cui profecto scorbuti scabies nullo modo pepercisset. Nil dico de capite, de pectore, de visceribus, de stomacho, de venarum pulsu, nam ista omnia æque valent, ac dum bene sanus pedibus meis insisto. Cur autem iidem officium suum facere nondum incipiant, ac proinde lecto in præsens, ut antea, affixus maneam, unica causa est ipsorum collum, quod, dum arcto adhuc veluti compede devincitur, ferendæ corporis moli ineptum omnino se exhibet, adeo ut illud gravando non dolore tantum contabescerem, sed spasmo deficerem. Atque hic quidem morbi mei status est, dum absolutis narrationibus ad Innocentii XIII. tempus spectantibus, jam jam ingredior ad eas contexendas, quæ Benedicti XIII. beneficentissimam erga me voluntatem patefacient, quamque sanctissimum eundem Pontificem mihi e cœlo pariter, quo, ut sperare juvat, potitur, exhibiturum ad morbi ejusdem reliquias omnino depellendas, ac profligandas confido. De hac tamen re ejus opem non deprecor, nisi sanitatis recuperatæ beneficium ad æternam animæ salutem lucrifaciendam emolumentum

aliquod

aliquod afferre mihi posse, divino lumine collustratus intelligat.

Quoniam vero provinciæ, quam in hisce partibus administrare cœpit Paulus nepos meus, mentionem feci, placet versiculos quosdam hoc loco subjungere, quibus eundem, Hieronymumque ejus fratrem, superius memoratum, dum una degerent in Collegio hoc Brixiano Nobilium S. Antonii Viennensis, & autumnali tempore venationi vacarent, cohortatus sum ad eam ipsam viam terendam, cui in præsens magnam sibi, suæque omni familiæ laudem parantes insistunt.

Ad Paulum & Hieronymum Quirinos.

Ergo Vos recreant operosi gaudia ruris,
Vitaque fallendis irrequieta feris,
Non somnus brevior, mensæ non lentior hora,
Non sol, non imber, non fera vexat hyems,
Aspera per montes via, nec limosa per agros
Lassat, non humeros, quos grave curvat onus;
Una quies membris nulli indulgere quieti,
Otia mutatus sola labore labore?
Dum placet hæc, inquam, sudoribus emta voluptas,
Providus en Patrui carmina dictat amor.
Hæc cape, Paule, memor, tuque hæc, Hieronyme, dicta,
Et tenera monitum figite mente, precor.
Gloria quum primum veniet crescentibus annis
Sive paranda domi, sive paranda foris,
Dedecus heu quantum! labes quam fœda! repente
Mollia si Vobis otia grata forent.

Andreas tertio natus eorundem frater annos tantum ſeptem eo tempore numerabat, premitque & ipſe in præſens illuſtria fratrum veſtigia, jam adſcriptus haud minus quam illi inter Patriæ Senatores. Ut vero præſtantiſſimos etiam veteris ætatis Cives ſuos æmulari aſſueſceret, eidem inſcripſi unam ex Italicis meis Epiſtolis, qua illuſtria plura Franciſci Barbari geſta collaudavi. In ea eidem convenire affirmavi quod Gentili noſtro Lauro olim idem Barbarus ſcripſerat, *Video Te ſic in otio negotioſum eſſe, ut in negotio poſſis eſſe otioſus, & tempus iſtud, quod multi quoque Togati ad inanes ludos, & ſpectacula, & bacchanalia referunt, pro tua diligentia ad ſtudia humanitatis, & doctrinæ contuliſſe.* Hunc ipſum locum inſeruit Clariſſimus Lamius Epiſtolæ, qua ipſi Andreæ dedicat Operis ſui Memorab. Italor. Tom. II. partem primam, & ea occaſione Quirinorum nomen ita concelebrat, ut Viri illius humanitati cuncta eorundem gens immortales gratias profiteri teneatur. Joannes, Andreæ, & Helenæ Mocenicæ (hujus genitor Aloyſius magnificam nunc Romæ gerit pro Patria Legationem) filius a quatuor jam annis imbuitur literis in Brixiano hoc Nobilium Collegio, fidiſſima familiæ meæ ſpes, quæ certe non fallet, quandoquidem purpureum jam lumen in illius adoleſcentia eniteſcit.

CAPUT

CAPUT XII.

De appulsu ad Corcyræ Insulam ineunte Junio an. MDCCXXIV. obitisque in ea Episcopalis sollicitudinis partibus; de consiliis in Urbe Venetiarum captis medio an. MDCCXXV. ob intervacantem Sedem Patriarchalem, & de iisdem parum a Corcyrensi Episcopo probatis, causa suscepti erga suam Sponsam amoris.

VEntis omnino prosperis Adriaticum transfretavi, unde ex Italia in Corcyram tendenti *cursus brevissimus undis*; eoque appuli medio circiter mense Junio. Ut primo Episcopalis Palatii tecta subii, ex Canonicorum, qui me ad illud deduxerant, relatu intellexi, triste quidpiam imminere Vicario Capitulari. Hic graviter commotus adversus militum audaciam, qui nuperrime ex Templo majori, se præsente, per vim extraxerant hominem, qui ad illud confugerat fruendæ immunitatis causa, non eos tantum divinæ maledictioni obnoxios declarasse ferebatur, sed quædam præterea verba protulisse, quibus supremum etiam rei militaris in ea Insula Præfectum, Andream Cornelium, percellere voluisse censeri posset. Atque hæc prima se mihi aperuit occasio monita illa exequendi, queis Innocentius XIII. me instruxerat, ut superius narravi. Curam itaque cepi, ut

res iſta tranquille componeretur. Revera ita evenit; literasque Roma accepi, quæ mihi teſtatæ ſunt, Pontifici, & Congregationi Immunitatis Eccleſiaſticæ grata accidiſſe quæcunque in eo negotio peregeram. Lenem, & facilem in favendo meæ illi tractationi expertus ſum ſupremi ejusdem Præfecti animum, qua ipſa benignitate me in omnibus proſequutus eſt, donec in imperio permanſit. Prope jam erat ut illud abſolveret; quare a me petiit, ut ſolemnem benedictionem juxta libri Pontificalis ritum impertirer iis propugnaculis, quæ recens ipſe in Arce Corcyræ conſtruenda curaverat. Prompte admodum aſſenſi, actaque fuit ea Cerimonia cum ingenti celebritate, quod eidem interfuiſſet ſummus ipſe Præfectus, & inſuper ſplendida turba Patritiorum Venetorum, quotquot ſcilicet regio Senatus juſſu nauticis rebus præpoſiti erant, ſeu hisce magiſtris tyrocinium viridi omnino ætate ponebant. Obtinebant tunc primos eos gradus poſt Andream Cornelium, Marinus Caballus, Georgius Grimanus, Petrus Vendramenus, Franciſcus Peſaro, Hieronymus Balbus, Antonius Savornianus. Ab hisce omnibus, ut jam dixi de Cornelio, ſtatim ac Corcyram adveni, innumeris Civicæ benevolentiæ ſignificationibus honeſtatus fui, æque ac a Mareſcallo Schulenburgio, qui paulo poſt meum illum adventum ad eam Inſulam

acceſ-

acceſſit. Secum iſte adduxit Hieronymum, Joannis fratris mei filium, quem in ædibus meis libenter hoſpitem excepi, detinuique, donec Vendramenus, Navium, ut vocant, Capitaneus, ſecum manere eundem voluit in loco ad easdem reficiendas deſtinato, ut ibidem nauticarum rerum peritia imbueretur. Adeo profecit tanto præceptore meus idem nepos, ut idoneum ſe cito reddiderit implendis in eo ipſo militiæ curriculo muniis honorum plenis ſibi a Patria poſtea demandatis. Ejusdem in ſtudiis etiam literariis præſtantiam admirari mihi contigit; nam quo tempore mecum habitavit, plures horas iisdem largiebatur, nunc carmina condens, nunc declamationes oratorias, imo etiam ſacras Conciones conſcribens. Mira mihi poſtremis hisce annis de eodem prædicarunt quotquot oculati teſtes fuerunt ſeu Præfecturæ militaris in Dalmatia ab eo geſtæ, ſeu adminiſtrati Regiminis Patavini. Franciſcus Corrarius, qui brevi ſucceſſit in ſupremo maris imperio Andreæ Cornelio, nec ullum & ipſe deſiderari a me paſſus eſt humanitatis officium. Ut nihil vero felicitati deeſſet primis mei in Corcyram adventus menſibus, eo etiam adventavit Joannes Emus Venetias Conſtantinopoli revertens, poſtquam in hac Urbe Bayli munere ſumma cum laude perfunctus fuiſſet. De arctiſſima conſuetudine, quam cum ipſo junxeram Pariſiis,

ſiis, quamque fovere per literas nunquam deſtiti, dictum jam a me eſt Par. I. hujus Commentarii. Illa tamen perfrui paucis tantum momentis mihi datum fuit in ſuo illo ad Corcyram appulſu, tum ob temporis, quo ejus puppes litore noſtro ſteterunt, brevitatem, tum ob contagii ſuſpicionem, quam ſecum afferunt naves ex urbe CPolitana ad Venetos fines delatæ.

Atque hæc de ſtatu militaris politiæ, qui in ea Inſula, dum illuc adveni, vigebat. Tranſitus mihi modo faciendus eſt ad exhibitam a me in Epiſcopali munere obeundo ſollicitudinem. Ac primo loco referam, quo pacto curaverim ejusdem implendæ vel ex eo illo ſtatu argumenta depromere. Clerum meum alloquens, paſſim eidem explicabam quid ſentirem de præſtanti illo Patritiorum Venetorum delectu. Hi (ajebam ipſe) vitæ commoditates, ac delectamenta, quibus Venetiis perfrui poſſent, florenti ætate deſerentes, in Corcyram ſe conferunt, ut militaribus laboribus ſe dedant, ac proinde Patriæ ſuæ amore ducti incommodis quibusvis, & ipſius vitæ periculis intrepidi ſe offerant. Ea incommoda (ſubdebam) atque diſcrimina dum alacriter admodum adiri conſpicio ab egregia illa juventute vel horridioribus anni tempeſtatibus, vel mari atrociter ſæviente, adeo ut maximo honore affectus is inter ipſos

cen-

censeatur, cui a Supremo maris Præfecto demandetur bellica aliqua extraordinaria procuratio plena, ut dixi, periculi; dum hoc (inquiebam) conspicio, non admirandi tantum occasionem capio inclytam meorum Civium virtutem, sed hanc etiam in exemplum propono Corcyrensi Clero meo, ut ipse, & ego quoque intelligamus, quam valde distent ab ea virtute plerique Ecclesiasticæ militiæ alumni, quippe qui ita muniis suis satisfacere consueverunt, ut una simul vivendi dulcedinem quam maxime persequantur. Hoc ipso exemplo Brixianum meum Clerum aliquando exstimulare modo in more habeo, eidem quoque inculcans, quam valde dedeceat, militiæ politicæ addictos nec vitæ ipsi parcere, & id quidem *ut corruptibilem coronam accipiant*, nos vero, quos manet coronæ immarcescibilis præmium, vitæ jucunditatem summopere adamare.

Curavi etiam diligenter, ut ejusdem Pastoralis sollicitudinis partes implerem, Græcos amore, atque obsequio sic mihi obstringere, ut inde spes aliqua oriretur, posse ipsos aliquando e schismatis tenebris in veræ Fidei lucem prodire. Quomodo autem in hoc negotio me gesserim, explicabit abunde Epistola, quam suasu Cardinalis Ptolemæi dedi ad Benedictum XIII. postquam pauci menses a meo adventu in

eam

eam Insulam effluxissent. Ea ita se habet, *Quamvis Sanctitati Tuæ opera Cardinalis Ptolemæi non multis ab hinc hebdomadis aperuerim, quam fausta, quam auspicata hujusce mei primordia regiminis superna benignitas efficiat, in eo præsertim negotio, quo nihil magis arduum, atque molestum Decessorum meorum querelæ comprobarunt, ea, inquam, consuetudine, quam hic loci ex veteri more sacris etiam in rebus cum Græcis retinemus; audeo tamen Pedes Tuos ipsemet adire, ibique literas hasce meas, ceu novum, ac luculentius ejusdem rei testimonium, venerabundus collocare. Solicitudo omnium Ecclesiarum, in quam Romanæ Cathedræ divino prorsus consilio præpositus, pro muneris Tui ratione studiosissime incumbis, magna, qua Episcopalem gradum dignaris, æstimatio, singularis Tua erga omnes facilitas, atque humanitas, negotii gravitas, denique memorati Cardinalis impulsus, veniam mihi, ut spero, impetrabunt, si ad celsissimum Dignitatis Tuæ fastigium recta accedere non dubito. Equidem, Beatissime Pater, tam amplam in isto cum Græcis negotio facit mihi Dominus misericordiam, dum aspera in vias planas convertit, ut regiminis hujus sarcina, quam maximopere humeris nondum suppositis formidabam, suavis jam, & levis videatur. Quo circa alia etiam hujusce Sedis incommoda, videlicet magna ab Italiæ continenti sejunctio, perhorrescenda Ottomanorum vicinia, imminens contagionis, cui Orientalis hæc regio maxime patet, periculum* (quo-

(quorum imago cum olim oculis meis oberraret, gravissimo mœrore pressus, valedicto Romanæ Sedis servitio, cui a multis annis studia mea pluribus titulis mancipata mirifice gaudebam, huc appuli) ea, inquam, & alia hujusce generis incommoda animum meum in præsentia non modo non conturbant, sed ne leviter quidem afficiunt. Certum itaque Sanctitati Vestræ affirmo, Græcos hujus Insulæ, quos Decessores mei adversus dignitatem, ac potestatem suam, Latinique gregis commoda protervos admodum, atque feroces experiri visi sunt, modo, benedicente Domino, perinde ac si ingenium aliud induerint, non tantum ab ea protervia multum abesse, sed observantiam erga me suam, ne dicam, morigerationem, apertioribus in dies argumentis declarare: quæ cujusmodi sint in literis ad Cardinalem Ptolemæum fusius deduxi. Inter quæ plurimi faciendum reputa, morem regnantis pro tempore Romani Pontificis laudes in aula Episcopi bis in anno decantandi longe solemnius, quam antea instauratum, cum illi celebritati magnus Græcorum Præsul interesse non amplius dedignetur. Novum vero, ac prorsus singulare propensæ erga me voluntatis documentum iidem Græci paucis ab hinc diebus exhibuerunt, dum ad primarium eorum Templum Sancto Spiridioni dicatum, non privatim, quemadmodum proximiores ex Decessoribus meis facere cogebantur, sed publice, uti veteres plerique omnes, Græco ipso Magistratu deducente, accedens,

dens, adeo honorifice exceptus sum, perinde ac si ad Cathedralem meam Ecclesiam accessissem. Adfui siquidem ibi cum Cathedra, cum Throno, cum Cruce Archiepiscopali erecta, dum Græcus Præsul exigua in sede consideret, ea ipsa, quam veteres Decessores mei occupantes, illius tantum loci honore contenti esse jubebantur. Nec defuit recitata ex suggestu a celebriore inter ipsos Oratore, Græco idiomate, Oratio, qua accessum illum meum mirifice celebrarunt. Pro comperto habemus, Beatissime Pater, ipse, atque una mecum quotquot in hac Insula degunt, insuetam hanc Græcorum erga Latinum Antistitem observantiam, post Deum Optimum Maximum, primo deberi summæ illi venerationi, quam sanctissimo Beatitudinis Vestræ Nomini, ejusque immensis virtutibus profitentur; eoque magis quod iisdem certo constet, a Sanctitate Vestra Græcum ritum singulari dignationis prærogativa honorari. Aliquatenus etiam deberi non negem, tenui illi, quam a teneris annis comparavi, Græcæ linguæ intelligentiæ, ex qua idoneus reddor, Græcos Patres in ipso fonte consulere, ac pro modulo meo interpretari, & insuper in annunciando e superiori loco Dei verba (quod omnibus generatim diebus, quibus Pontificaliter celebro, facere institui, fecique per integrum proxime præteritum Adventum) Græcos textus, Græco ipso idiomate, pronunciare, unde ejus gentis, quæ frequentissima una cum Latinorum grege ad eas conciones concurrit, plausus, & benevolen-

volentia mirum in modum mihi conciliatur. Demum debetur rationi illi, quam pro devinciendis primariis militiæ Ducibus, quorum hodie ſedes Corcyra, inivi; ſi qua enim cum illis de libertatis, & immunitatis Eccleſiaſticæ tuitione intercedit controverſia, omni ope enitor, ne ea ad apertam ſimultatem erumpat, ac, Deo opitulante, in ſpiritu lenitatis tantum proficio, quantum aſperitas Græcis ipſis prodeſſet; quippe qui, ut ex lugubri præteritorum temporum documento conſtat, non aliam opportuniorem Latinos inſectandi occaſionem captare conſueverunt, quam hujusmodi diſſenſionum inter Sacerdotium, & Imperium. Eam tamen manſuetudinem ita profiteor, ut una ſimul paratum me quisquis intelligat, acrius pro Eccleſia certare, & me ipſum pro ea murum opponere, quoties cognovero hoc ad ovium ſalutem, & Chriſti gloriam expedire. Epiſtolam tandem concludo Apoſtolicum oraculum ſupplex exquirendo de Græcorum Ordinationibus, quas Magnus Inſulæ Præſul (*Protopapa*) ab Athanaſio Græco Metropolita peragi in eadem curabat, ac propterea ſub oculis Latini Archiepiſcopi. Oraculum iſtud Pontifex tranſmitti mihi juſſit opera Cardinalis Ptolemæi, & cujusmodi illud fuerit ſtatim exponam, poſtquam verba literarum Apoſtolicarum, quibus enunciatur munus illud Ptolemæo injunctum, recitavero. *Præclaras virtutes Fraternitatis tuæ cum generis ornamentis, & exquiſita literarum,*

rarum, doctrinarumque, sacrarum præsertim, cognitione conjunctas, ad Ecclesiæ Tibi creditæ utilitatem plurimum profecturas, jam antea pro certo habebamus. Hanc autem jucundissimam persuasionem amplius Nobis affirmarunt literæ tuæ, quibus Græcorum istic degentium erga Te studia, & singularem obsequii alacritatem nunciasti. Quam quidem ad Catholicæ veritatis, & unitatis fructum charitati, & vigilantiæ tuæ viam, aditumque munire non dubitamus. Quod vero de eorumdem Ordinationibus Apostolicæ nostræ servitutis officium requirendum censuisti, a dilecto Filio nostro de hac Sancta Sede egregie merito Joanne Baptista S. R. E. Cardinali Ptolemæo accipies, quo Te pacto gerere debeas, ut tuam Nobis solertiam, & Christo Pastorum Principi Episcopalem vigilantiam magis adhuc probare possis. Oraculum autem istud Ptolemæus mihi patefecit transmisso ad me Scripto quodam, de quo ipse ita loquitur, *Le accludo quì una lunga Scrittura, fatta e presentata già alla sa. me. di Clemente XI. da un dotto, e degno Cardinale. In essa (ch' allora appagò quanto bastava in un punto assai rilevante nell' apparenza) troverà Ella dottrine generali, che le daranno lumi da regolarsi con sicurezza, e profitto in varj casi concernenti cotesti Greci. Dalla scrittura medesima riconoscerà la sussistenza del Breve di Paolo III. simile à quello di Clemente VII. e di Leone X. e quale sia la Massima, in cui si contiene la Sede Apostolica colla Nazione*

zione Greca. Scriptum hujusmodi hisce diebus iterum legens, magis magisque intellexi ea omnia exactissime complecti unde illud Ptolemæus commendavit, ac proinde valde miratus sum nullam ejusdem mentionem mihi occurisse in Consultatione ante tres dumtaxat annos de iis ipsis argumentis instituta, & Congregationis librorum Ecclesiasticorum Ecclesiæ Orientalis correctioni præpositæ judicio subjecta, typis, ut puto, de Propaganda Fide. Authorem doctissimi ejusdem Scripti jam superius nominavi pag. 174. nimirum Jo. Baptistam Cardinalem Salernum.

Quum deplorata jam foret primis mensibus an. 1725. Petri Barbadici Venetiarum Patriarchæ salus, Consanguinei mei statim cogitarunt de me ad Cathedram illam promovendo; dummodo tamen ad eandem nullo pacto aspiraret Marcus Gradonicus Episcopus Veronensis, cum quo prudenter minime sibi esse certandum statuerunt ob magnam Præsulis existimationem, quam scilicet iste sibi paraverat præclaris animi dotibus, familiæ suæ splendore, diuturna per decem jam annos ejusdem Ecclesiæ administratione, & ante ipsam concredita eidem Coadjutoris Patriarchæ Aquilejensis dignitate. Quoniam vero Præsul iste omnino se alienum profitebatur a suscipiendis Veneti Patriarchatus

Insulis, hinc maximam spem conceperunt iidem Consanguinei, nihil facilius fore, quam ut Jac. Maria Erizzo, Episcopus Concordiensis, & Aloysius Foscari, Canonicus Cathedralis Patavinæ, qui soli Patriarchatum, quoties vacasset, petituri dicebantur, Senatus suffragiis repellerentur, ego contra iisdem abunde donarer. Ita revera eventurum adeo pro re certa habebat Corrarius, supremus maris Præfectus, ut quotquot navigia Venetiis Corcyræ appropinquare ex Palatii sui specula conspiceret, statim eis obviam levem aliquam cymbam transmitteret, quo citissime certior fieret delati mihi Patriarchatus. Nuncius tandem apparuit. Retulit autem, Marcum Gradonicum, Episcopum Veronensem, renunciatum fuisse a Senatu Patriarcham Venetiarum. Migraverat ille Verona Venetias postremis mensis Aprilis diebus, peracturus primo Maji solemnia Officia in sacra Æde Monasterii (vulgo *le Vergini*) suæ curæ a Veneto Principe commissi. Eo autem ipso tempore mors jamdiu prævisa Barbadici Patriarchæ supervenit. Quare factum est, ut Gradonicus, qui absens fortiter obstiterat conjunctorum, & amicorum flagitationibus, manus victas daret, dum præsens adesset. Tunc vero necessarii mei, propositi, quod dixi, tenaces, nullo modo passi sunt, ut inter Patriarchatus Candidatos nominarer.

Vulga-

Vulgata Corcyræ Gradonici electione, multis mecum egit Franciſcus Corrarius, pro benevolentia ſua dolens rem ita accidiſſe. At ego ipſum perſuaſi, nihil inde mihi triſte eveniſſe, quod Venetas Inſulas nullo modo amore meo dignas cenſerem, præſertim quod Præſulem ſuum veluti captivum intra ejus Urbis æſtuaria detinerent. Res mira! poſt unum dumtaxat ab eo ſucceſſu annum commigrans ego Romam e Corcyra, intra ſex, & paulo amplius menſes Cardinalis a Benedicto XIII. creatus fui; Franciſcus autem Corrarius expleto maritimæ Præfecturæ ſuæ triennio, adminiſtratoque poſtea Patavino Regimine, donatus fuit a Civibus ſuis Veneto eodem Patriarchatu, dum antea Patriam togam cum Cappucinorum Fratrum indumento commutaſſet, Vir inſigni pietate præditus, aliisque dotibus affatim conſpicuus. At ad fidem meæ huic omni narrationi faciendam, atque inſuper ad teſtandos grati animi ſenſus, quos in primis debeo Joanni fratri meo, deinde conſanguineis pluribus, & familiæ meæ amicis, quorum plerique degunt adhuc in vivis, ac tandem in univerſum Patriæ ipſi, recitari a me oportet partem aliquam literarum ejusdem Joannis. Datæ eæ ſunt die 3. Maji an. 1725. ac hujusmodi exordium præferunt, *Bravate acclamato Patriarca da ogni Ordine ſino l'ultimo dello ſpirato, e li Concorrenti*

 Briz-

Erizzo , e Foscari s'accorgevano patentemente del trapasso , ma irrevocabile. E' piaciuto , ed ha permesso il Cielo , che il Demonio semini zizania sopra sì lieto seminato. Monsignor Gradenigo , Vescovo di Verona , dopo aver ripulsato per venti giorni stimoli gagliardi , che frequenti lo attaccavano con lettere da Venezia , se ne viene per adempiere l'indispensabile Solennità il primo di Maggio , come Vescovo Delegato. Rinforzasi personalmente l'assedio da' Congiunti , Monsignor di buon cuore , sorpresa la fantasia dalla qualità de i Consiglieri, detti da esso quelli del Governo , titubа , dimanda ore per raccomandarsi a Dio ; si rende. Rispettabile , e formidabile per l'età , per il grado , per l'anzianità , per gli attestati di un esimio merito resigli da tutti li Rappresentanti di Verona , turba gli animi nostri , e gli stringe a serio esame &c. Piace il partito , che non siate nè ballottato , nè nominato , poichè non sarebbe che pericoloso l'esserlo. Il vostro nome non si ha da esporre da burla &c. Giustinian, Morosini , Tron , Grimani , Pasqualighi , Querini , Capello , Memo , sono stati un delizioso spettacolo agli occhj di questa nostra famiglia , che si è conosciuta veramente cara à tutti. Vi prego istantemente con pienezza di sentimenti accompagnarmi li ringraziamenti dovuti al loro merito. Sensus illos , quo plenius potui , significavi tunc per literas iis omnibus , quos frater mihi memoraverat , nunc vero pares publice quoque profiteor

quot-

quotquot in præsens superſunt, paratus nihil omittere eorum, quæ comprobent eosdem in hominem vere gratum tam insigne beneficium contuliſſe, insigne, inquam, quod ſpectat ad eorundem animum; quod vero ſpectat ad animum meum, captum hunc fuiſſe ſponſæ Corcyrenſis amore evincent literæ, quæ mox ſequuntur: Cardinalis Paulucius 24. Mart. an. 1725. ita ad me ſcribit, *La lettera, ch' Ella mi ſcrive in data delli* 11. *non mi dà altro motivo, che di riconoſcere la degna moderazione di V. S. Illma in non aſſentire, che ſi parli per farla paſſare ad altra Chieſa, atteſo l'amore che porta à quella, che di preſente governa.* Idem Paulucius 14. Jul. ejusdem anni, *Si rendono commendabili appreſſo N. S. i degni ſentimenti di V. S. Illma in non aſpirare à mutazione di Chieſa, à riguardo dell' amore con cui governa coteſta ſua.* Tandem Cardinalis Ptolemæus poſt collaudatum tranſitum meum ad oras Neapolitanas cauſa vitandi caniculares Inſulæ calores, hæc ſubdit 1. Sept. anni pariter 1725. *Oltre à che è già notorio il ſuo zelo per la ſua Chieſa, avendo Ella voluto reſtare in Corfù, quando le veniva offerto altro Veſcovado, di che tutti la benedicono.*

CAPUT XIII.

De mora in Lycienfi urbe ducta menfibus Augufto, binisque Autumnalibus an. MDCCXXV. De repetita Corcyra menfe Decembri; de Romana ad vifitanda limina Aoftolorum profectione menfe Jun. an. MDCXXVI. & tandem de incredibili Benedicti XIII. benignitate.

QUandoquidem, ut jam jam dicebam, incommodos valetudini meæ expertus fueram primo anno Corcyrenfis domicilii caniculares ejus Infulæ calores, cogitavi de hac per binos menfes relinquenda anno proximo, poftquam fcilicet Feftum S. Jacobi Apoftoli, Cathedralis meæ Titularis, celebraffem. Faufta igitur navigatione ante finem Julii ad littus Hydruntinum pervectus, Lycium adire conftitui. Hofpitium cepi in Epifcopali Palatio, id benigne indulgente Pignatello, ejus civitatis Epifcopo, qui variis controverfiis a Regiis adminiftris agitatus, Romam jam ab aliquot annis fe contulerat, ibique morabatur. Bimeftre illud intervallum jucundiffime in ea Urbe tranfegi, partim facris cærimoniis, quibus illa ex Paftoris abfentia jamdiu carebat, occupatus, Vicario Generali Januario Maria Danza id magnopere optante, partim Academicis actibus, quibus Viri Eruditi ejusdem civitatis me exor-

exornare susceperunt, præsentiam meam exhibens, partim denique Editioni libelli cujusdam, cui titulum feceram, *Primordia Corcyræ*, incumbens. Quod ad sacras cærimonias spectat, innumeræ prorsus multitudini Sacramentum Confirmationis administravi. Præterea in Festo Divi Orontii, quod ibidem incredibili cum solemnitate celebratur, Pontificali amictu indutus Missam, & Vesperas decantavi. Academicos vero congressus frequentandi occasionem mihi præbuit Eruditorum, quos ea in Urbe nactus sum, copia. Eminebant inter ipsos Saverius de Blasiis, & Cœlestinus de Marco. Hisce authoribus Lycii tunc editus fuit libellus, in quo & plura Carmina, & Oratio in mei honorem humanissime conscripta leguntur. In ejus autem libelli Præfatione, postquam Blasius indicasset *I segnali* (ejus sunt verba) *d'inestimabil letizia veduti sul volto del popolazzo, e gli apparecchiamenti, e le grandi Feste, e ricche, con cui la nostra Città vi ricevette;* ita subdit, *Furono i disiderj de' litterati Uomini indiritti à dare un premio alla vostra virtù corispondente, ed ancor egli puro, continuo, e certo. Tutta fiata mentre gl' ingegni tutti de' nostri Accademici eransi messi alla'mpresa, e stillavansi per poter co' loro componimenti offerirvi cosa (secondo il loro credere) degna delle vostre gloriosissime azioni, mancògli il tempo à recare à fine il loro disegno, poiche seppesi, che' l navi-*

navilio , ſul quale ſiete per partire , tantoſto che arebbe avuto buon tempo , era già per aprir le vele , ed indirizzare la prora verſo l' Iſola di Corfù , ed à que' luoghi , onde venuto eravate. Alla qual novella ſeguì l'interompimento del già cominciato lavoro , e ſi rimaſe ognuno , e ceſsò dalle fatiche. Tandem Corcyræ Primordiorum Editio quibus de cauſis eo tempore adornata a me fuerit, quove ſtudio antea elaborata, paucis verbis expoſui in Præfatione eidem appoſita , quæ hujusmodi ſunt , *Æſtivis caloribus , quibus Orientale Corcyræ ſolum quam maxime exardeſcit, Libelli hujus Lycienſi prælo editionem debes, humaniſſime Lector. Hi ſiquidem cum igneam, quam a natura ſortitus ſum, habitudinem haud parum conflictare inciperent , neceſſe habui, Corcyra canicularibus diebus demigrare , atque ad temperatiorem Neapolitani cœli plagam, quæ illam propius reſpicit, divertere. Quæ temperies cum corpus meum illico juvaret, interim ne otio animus prægravaretur , Græcorum typorum , quæ ſe mihi in hac Urbe offerebat , opportunitatem arripere conſtitui. Qua propter ex grandi Corcyræarum rerum Commentario (cui moliendo, ut primum Corcyræ Præſulem Innocentii XIII. auctoritas me renuntiavit , animum appuli) priora quædam capita excerpſi, atque ea ſunt, quæ Primordia Corcyræ inſcripta publicæ nunc luce donantur.*

Corcyræarum rerum grandi illi Commentario conficiendo calamum adjunxi Patavii,

tavii, maxima opportunitate usus, quam mihi largiebantur ditissimæ ejus Urbis Bibliothecæ, nimirum Monasterii Sanctæ Justinæ, Publica civitatis, Seminarii Episcopalis, ac demum Burgii Professoris, qui uberem admodum selectissimorum librorum supellectilem sibi paraverat; ex eo autem Commentario Corcyræ facili negotio per aliquot menses operam navaveram Primordiis illis secernendis. Unde vero adductus fuerim ad libellum istum Benedicto XIII. nuncupandum, Epistola eidem inscripta in hunc modum declaravit, *Cui enim potius quam Romano Pontifici reddenda ab Episcopo ratio non eorum tantummodo, quæ ab ipso ex Pastoralis sollicitudinis munere peraguntur, sed studiorum etiam, quibus subsecivi temporis horæ collocantur? Præterea quem alium convenientius Mæcenatem ingenii fœtus sibi præoptent, quam qui omni doctrinarum genere exornatissimus, eorum tutelæ periculum efficacius valeat sustinere? Hujusmodi vere esse Sanctitatem Tuam literaria Resp. jamdudum agnoscit, atque fatetur, id palam testantibus tot Homiliis, tot Sacrorum librorum explanationibus, tot Epistolis, aliisque hujusce generis Scriptis exquisita literatura refertissimis, quæ ex Sanctitatis Tuæ calamo profecta publicam lucem aspiciunt, nullo unquam ævo interitura. Insuper qui Dignitati Tuæ debetur libellus, Tuæ etiam Præclarissimæ Familiæ debetur, cum ex antiquissimis monumentis compertum mihi sit, Ursinos*

Tuos,

Tuos, quemadmodum in aliis late regionibus, ita in Orientis tractu Corcyræ insulæ contermino olim imperitasse. Demum postrema causa est (eaque Sanctitatis Tuæ judicio non aliam potiorem habendam eximia Ejus pietas mihi certo suadet) quod Benedictinum ipse Institutum professus, lucubrationes meas Tibi præ ceteris debere sentio, quandoquidem splendidissima Aniciorum progenies, unde Sanctissimus Occidentalium Monachorum Parens ortum duxit, ea ipsa ex gravissimorum Auctorum testimonio Ursinam Gentem Tuam procreavit. Mense tantummodo Novembri Corcyram repetii, serius proinde quam putassem, quod venti parum secundi navem, qua vehebar, cui scilicet præerat Antonius Savornianus superius nominatus, adegerint ad anchoram jaciendam in iis aquis, quæ Turcicam regionem, *Vallona* dictam, respiciunt. Ibidem per dies non ita paucos perstitimus, ac tandem Corcyram, ut modo dicebam, appulimus. Hyemalem tempestatem, quæ statim subsequuta est, assuetis occupationibus vacans insumpsi.

Quoniam vero visitandorum sacrorum Liminum onus mihi quam primum incumbebat, decrevi illi ipsemet Romæ præsens satisfacere. Quapropter mense Majo e Corcyra insula solvi, Hydruntumque feliciter navigavi. At eo adveniens, tristissimas literas ex Romana Urbe ad me datas inveni, quibus nempe mihi nunciabatur, e vivis decef-

deceſſiſſe Cardinalem Ptolemæum, morbo deplorato laborare Cardinalem Pauluccium, Cardinalem vero Otthobonum Venetias commigraſſe, ut ibi Civium ſuorum conſortio perfruens usque ad menſem Novembrem permaneret. Quod ſpem omnem in tribus hisce ampliſſimis Viris collocaſſem aditum aliquem nanciſcendi in Aula Pontificia, quæ Beneventanis referta erat, vel ipſum nomen meum prorſus ignoraturis, parum abfuit, ut perſuaſus de itineris mei inutilitate ſententiam amplecterer Corcyræ illico repetendæ. Primo tamen propoſito meo, poſtquam anceps aliquantulum manſiſſem, obſecundans, iter illud proſequi conſtitui. Itaque Rheda conſcenſa Civitates, & Vicos inſignes quamplures jacentes ad maris Adriatici oras ab Hydrunto Barium, & Barletam usque percurri, deinde Neapolitani Regni meditullia trajiciens ad Parthenopæam urbem perveni.

Ea iu Urbe comperi Card. Pauluccii mortem, tuncque rurſus deliberare mecum cœpi, an ſatius foret, abjecta adeundæ Romæ cogitatione, moram a me trahi per aliquot hebdomadas Neapoli, ex eruditorum Virorum colloquiis indubiam transmeati maris utilitatem percepturus, dum nulla prorſus ex Romano itinere ſperari a me poſſe videretur. Ut in priſtino tamen propoſito perſiſterem Divina bonitas effecit, quæ ſcilicet decreverat, ut quo primum ante Benedicti XIII.

XIII. conspectum nullius prorsus hominis ministerio usus consisterem, deferendi mihi Cardinalatus cogitationem ille susciperet, hancque perficeret intra paucos tantummodo menses, ut quæ sequuntur, statim ostendent. Romam ingressus sum ante diem profestum Solemnitatis S. S. Apostolorum Petri & Pauli, adegitque me incredibilis humanitas Rezzonici Præsulis, ut hospes ejus evaderem Romæ quoque, quemadmodum antea Fani. Habitabat ipse satis commode prope Cœnobium S. Mariæ in Via. In ejus itaque ædibus me statim convenerunt singulari cum comitate, Capellus Orator Venetus, Cornelius Romanæ Rotæ Auditor, Tedeschus a Secretis Congregationis Sacror. Rituum, P. Porzia Abbas S. Pauli, tandem Cardinalis Otthoboni Venetiis, ut superius dixi, eo tempore degentis familiaris quidam eidem valde intimus. Hi omnes, velut initis inter se consiliis, anxieque admodum mihi inculcarunt, tam longi itineris conficiendi deliberationem præpostere a me captam fuisse, quod fossis (obsidionales vocabant) circumsepta foret Pontificia aditio post interitum Cardinalis Pauluccii, cujus, dum vixit, antiquam, præsentemque gravitatem vereri Beneventana gens adigebatur. Ut verum fatear, incidit mihi sat cito haud levis suspicio, anxietatem illam non ex eorundem erga me pietate proficisci, sed ex metu, ne Sacra Purpura eorum

rum omnium votis optata, meis quoque sollicitaretur. Testor autem Deum, me Romam advenientem nihil magis curasse, quam ut alloquio aliquo Pontificio recreatus meam ad Insulam remearem. Ab ista proinde ita discesseram, ut Corcyrensibus omnibus, civibusque meis ibidem degentibus in propatulo fuerit, consilia mea ad celerem reversionem spectare; nam cujusvis generis supellectilem meam, sive argenteam, sive librariam, sive vestiariam, ita incompositam in Palatio Episcopali reliqueram, perinde ac si rusticandi tantum causa abscessissem, cocolatæ quoque, vinorumque subdulcium haud exiguam copiam, veluti primi occupantis futuram, quam si in proprios usus convertisse dixero Hieronymum nepotem meum, de quo supra loquutus sum, una simul fatebor, fecisse ipsum quod decebat. Sacræ Purpuræ inhiare eos quinque, quos jam jam nominavi, adeo Romæ comperta res erat, ut nihil magis. Tres quidem ex ipsis enixis studiis laborabant, ut eam suis humeris superinducerent; Capellus autem Legatus, & Card. Otthobonus, ut eandem compararent, hic Præsuli Minotto, ille Mauroceno Episcopo Brixiensi. Hos omnes, uti modo judico, ut primo me e Corcyra solvisse compererunt, lugubre illud Virgilianum sibi ipsis cecinisse utique oportet, *Gens inimica mihi Tyrrhenum navigat æquor.*

At

At contra ego (iterum Deum testor) Adriaticum navigando nil minus, quam de nuptiis, quas ipsi ambiebant, cogitabam. Sponsam, quæ mihi obtigerat adeo unice adamabam, ut Cardinalis Imperialis, teste Dominico Georgio ejus Bibliothecario, palam sæpius affirmaverit, me omnium primum ex Italis Episcopis Romam adiisse, qui se beatum Ecclesia profiteretur, quam sibi divina sors objecisset.

Ea ipsa divina sors haud longius biduo post Festum S. S. Apostolorum Petri, & Pauli mihi repente mentem injecit, nemine prorsus commonefacto, ne quidem Rezzonico hospite meo, valde mane Vaticanum Palatium subeundi, ut experirer, quidnam admissionem ad sanctissimos Pedes postulanti responsurus mihi foret Pontificii Cubiculi Præfectus. Timida vestigia, ut credi potest, signando scalas conscendi, quumque in eo essem, ut cubiculum illud ingrederer, Janitor quidam moram mihi fecit, petiitque, quem quærerem? Nam Pontifex extra Romam versabatur, scilicet in Monte Mario cum Dominicanis suis, quo secesserat nudius tertius post Missam Pontificalem de more in Basilica S. S. Petri, & Pauli ab eo celebratam. Hæc audiens parum abfuit quin ex animo riderem, quod cogitare illico cœperim, vix, aut ne vix quidem unquam evenisse, ut Præsul Romæ degens, visendique Pontificis

tificis cupidus, hunc in Alma ea Urbe perquireret, dum extra eandem moraretur, *Næ* (intra me dixi) *pyxidis, seu tabulæ nauticæ longe peritissimum te ostendisti?* Ne vero frustra omnino fuisset mea illa ad Vaticanum Palatium protectio, plura ab eodem Janitore sciscitari institui de hebdomadæ die, & de hora diei, quibus utilius tentari posset Pontificia aditio. Dum autem ille cunctis quæstionibus meis benevole satisfaceret, en repente exauditur strepitus currus ingredientis ædium aream, cui supereminebat locus, in quo stabam, dum cum eodem colloquerer. Proripuit se iste fulguris instar ad fenestram, nunciavitque omnibus propalam, Pontificem ipsum esse, qui e Monte Mario revertebatur. Anxie statim illum interrogavi, num fieri posset, ut, quoniam unus essem, qui ad sanctos Pedes admitti postulabam, voti compos evaderem. Reposuit ille mihi, nil obstare, quominus ita accideret, quod hora nondum propior esset meridianæ. Revera egressus e Pontificio Cubiculo hujus Præfectus, Franciscus Fini, Archiepiscopus Damascenus, circumspectare cœpit, num quispiam adesset, qui ad Pontificem ingredi optaret, meque hujusmodi esse comperiens, rursus ad Pontificem reversus ei nomen meum aperuit, indeque genua coram eodem flectendi aditum illico mihi fecit. Inter Pedes deosculandum, Pontifex his me

me verbis compellavit, *E perchè mai ha lei fatto un viaggio sì lungo?* Reſpondi, *Padre Santo, la conſolazione di eſſere a' ſuoi Piedi me l'ha fatto parere aſſai corto.* Subdidit, *Ha paſſato dunque il Mare, e poi ha traverſato il Regno di Napoli. Or ci dica dunque, quali ſono le Città del Regno, ove ha girato?* Enumeravi tunc ego pleraque loca Neapolitani littoris ab Hydrunto usque ad Barletam, ac in primis Lycium, Brunduſium, Monopolim, Barium. Narravi inſuper, in earum ferme ſingulis Pontificale munus aliquod a me geſtum fuiſſe, & præterea Hydrunti, dum primo in Corcyram navigavi, quod loci Antiſtes Neapoli eo tempore moraretur; multo autem magis Lycii, quod jamdiu ea Eccleſia Paſtoris ſui præſentia deſtituta foret. Addidi, piguiſſe me Sipontinam metropolim haud parum Barleta diſtare, nam ea in urbe adoraſſem Sanctitatis Suæ veſtigia, prima ſcilicet Paſtoralis ſuæ ſollicitudinis documenta. Intento omnino animo, vultuque admodum ſereno hæc omnia Pontifex percipiebat, multasque ſubinde ſciſcitationes intermiſcebat, ita ut colloquendo integra jam hora effluxiſſet. En autem repente e parvula, & ſecreta janua in idem Cubiculum ſeſe Coſcia Cardinalis intruſit, manibus geſtans ſupplicum libellorum faſciculum. Remoratus eundem dextera ſua eſt idem Pontifex, ſiquidem in eo temporis articulo percontа-

contatus me fuerat, num Barleta Neapolim accedens de longo saltem Beneventum spectassem? Reposui, Arianum, quo pertransii, dictum mihi fuisse haud procul Benevento reperiri, sed in eam sententiam me jam descendisse, ut iter illud reservarem reversioni intra tres menses ad meam Insulam faciendæ. Dum de meo isto proposito dicerem, Cosciæ vultus iterum apparuit, eundemque Pontifex ut antea manu repulit, consuetum verbum usurpans, *Adesso Adesso*. Multa tunc verba fecit de Beneventana ea Metropoli, gesta a se in eadem enarrans. Eadem ego sat bene explorata mihi esse commonstravi, idque ex narrationibus, quas Neapolitanum Regnum peragrans ubique locorum hauseram, & quidem incredibili cum voluptate ob maximam venerationem, qua jamdiu Sanctitatis Suæ peregregias virtutes prosequabar. Contra inde occasionem Pontifex cepit mihi declarandi quot & quanta de Regimine meo Corcyrensi intellexisset a Cardinali Ptolemæo, & de optimo etiam Clementis XI. erga me animo a Card. Pauluccio; jamque paratus erat, ut mihi videbatur, non ita brevem de utroque illo argumento sermonem texere. At Cosciam tertio faciem suam exhibentem conspicatus, pulsato argenteo tintinnabulo me dimisit, Præfectoque cubiculi, qui ad sonitum illum Pontificio Conspectui de more se obtulerat, hæc

O 2 præ-

præſcripſit , *Quando verrà da noi Monſig. Arciveſcovo di Corfù ſi faccia ſempre liberamente entrare , mentr' abbiamo con lui negozj.* Egreſſus ego ex eo Cubiculo una cum eodem Præfecto , ab hoc ſtatim interrogatus fui , de quo Pontifex loquutus fuiſſet , dum dixerat , *Abbiamo con lui negozj?* Audiens autem ille ea verba ad me ipſum referri , magnopere miratus , a me petiit , quænam eſſent negotia , quæ cum Pontifice pertractaturus ex adeo longinquis regionibus adveniſſem ? Facie rubore ſuffuſa eidem reſpondi , pro certo haberet mea nihil magis intereſſe , quam ut rurſus Pontifici ſiſterer , Apoſtolicam ejus benedictionem impetraturus , antequam Corcyram repeterem.

Viſus mihi fueram (ut Italico proverbio utar) *di aver preſo Roma e toma* , Ῥώμη καὶ πάντα , quod poſt maximam ad Pontificis alloquium perveniendi deſperationem , in quam me conjecerant Legatus Venetus , & alii ſuperius recitati , mihi tam felici eſſe contigiſſet , ut ad illud admitterer , quo primum die Vaticani Palatii limen attigi , utque longo præterea ſermone me Pontifex detinuerit , ac tandem invitaverit ipſemet ad crebras alias ſui aditiones . Tantæ felicitatis gaudio perfuſus cogitare cœpi , num Palatium illud quiſpiam forte mihi antea notus incoleret , cum quo ſcilicet eandem ſortem geſtientibus præcordiis communicarem.

rem. Meditanti tandem occurrit Pezzangherus, Abbas Trapensis, quem rescieram Episcopatu Imeriensi a Benedicto XIII. auctum fuisse, huicque operam eundem præstare in versionibus quibusdam ex Gallico in Italicum idioma adornandis. Quæsivi ergo de Præsulis Imeriensis domicilio, hocque mihi indicato, ad illum advolavi. Corruimus primo aspectu vicissim in teneros amplexus. moxque beatum me prædicavi, quod Pontificem fuissem alloquutus. Rem, uti contigerat, narrare jam susceperam; at ipse statim ægre ferre se dixit, quod ante aditionem illam de modo in eadem me gerendi sensus suos mihi aperire non valuisset. Miratus ego suam hanc ægritudinem, absque mora eidem explicavi seriem sermonum, quos cum Pontifice habueram: *Se così avete fatto*, respondit ipse, *Monsignor mio, vi confesso ch' inutile sarebbe stata la mia lezione, mentre l'avete fatta da maestro*. Gratulatus itaque mihi est medullitus, atque una simul spopondit, se, quo citius fieri posset, curaturum, ut ex Pontificis ipsius ore intelligeret, quamnam mei ipsius imaginem in animo ejusdem reliquissem. Crastino autem die valde mane Epistolium ab illo accepi hisce verbis conscriptum, *Il Vescovo d'Imeria s' inchina divotamente à Monsignor Illustriss. Arcivescovo di Corfù, e gli fa sapere di non aver avuto merito alcuno in procurarsi appresso N. S. l' apertura &c.*

mentre S. Santità jeri ſera dopo le ventiquattr'ore lo mandò Ella ſteſſa à ricercare per tutt'il Palazzo con tale e tanta premura, che giammai la ſimile. Gli richieſe poi sì varie coſe della perſona di Monſignor Arciveſcovo, che ſi trovò imbrogliato in riſponder à molte di eſſe. Si eſpreſſe, che gran Caſa era in Venezia la Querini, e che queſta aveva avuto due Patriarchi Veneti dell' Ordine Domenicano, de' quali aveva veduto i Depoſiti nel Capitolo del Convento di S. Domenico di Caſtello. Commandò in fine S. S. al Veſcovo d'Imeria d'iſcoprire come Monſig. Arciveſcovo di Corfù era ſtato contento dell'udienza, e del Papa &c. P. S. Ha ordinato à chi ſcrive S. S. di metter in Italiano l'Orazione Greca del Clepazerà. Aliud eo ipſo die Epiſtolium accepi a P. Magiſtro de Andujar Bibliothecario tunc Pontificio, nunc vero Epiſcopo Tortonenſi, quo mihi ſignificavit, ex imperio Pontificis ſe ante noctem mihi transmiſſurum libros omnes a Sanctitate Sua compoſitos, quos eadem mihi dono daret.

Pretioſiſſimo eo munere accepto, poſtridie ad Pontificem acceſſi, gratias eidem acturus. Excepit me ille fronte admodum hilari, ac ſtatim ita affatus eſt, *Coſa è venuta lei à comandarci?* Ad humillimas gratias referendas me ad Sanctitatis Suæ Pedes adveniſſe affirmavi, quod tanto dono dignata me fuerit. *E' qual dono?* ſubdidit Sanctitas Sua. Donum, ſubjunxi ego, libro-

librorum, quorum pretium *super aurum & lapidem pretiosum*. Quæsivit deinde a me, num aliquot eorum paginas lecturus forem, & ego illico comprobavi lectas jam a me fuisse quamplures. Multa deinde de studiis suis mihi narravit, & multa etiam de meis est percontatus. Historiam etiam retulit sui ad Familiam Fratrum Prædicatorum transitus, cupidumque se ostendit, ut vicissim ei exponerem, qua ratione ipse adductus fuerim ad nomen dandum Familiæ S. Benedicti. Vix credi potest, quanta cum benignitate, quanta cum voluptate acceperit meas de eo argumento narrationes, eas scilicet ipsas, quas in limine hujusce Commentarii contexui. Digressus postea ad commendandam stirpis meæ nobilitatem; ex qua, ajebat, illustre decus in Ordinem etiam Prædicatorum redundasse, siquidem bina ejus stirpis germina, postquam inter Dominicanos suos floruissent, grande decus Patriarchali Venetorum Pedo apportassent. Familiam meam unicum tantum Patriæ dedisse Patriarcham respondi, nimirum Hieronymum Quirinum, *Due, due*, voce maxima exclamavit S. Pater. Tuncque ego sermonem converti ad collaudanda Ursinæ gentis decora, quæ hujusmodi forent, ut vix, aut ne vix quidem paria proferre posset, Italica alia progenies. Ad hæc Pontifex subridens respondit, *Certamente nè l'uno, nè l'altro siamo nati da*

padri barcaruoli. Tandem, dato mihi discedendi signo, surgentem e sellula paleis contexta, qua me initio sedere jusserat, tenere amplexatus est, & amantissime in hæc verba erupit, *Come mai, Monsignor Arcivescovo, ci dovevamo voler tanto bene, quanto ce ne vogliamo, e pur non ci siamo giammai prima veduti?* In respondendo huic quodammodo objurgationi, fateor, negotium reperi. Attamen cito reposui, vidisse me aliquando Cardinalem Vincentium Ursinum in Porticu Basilicæ S. Petri, *No Vicenzo*, exclamavit ipse, *ma Vicenzo Maria, come lei si chiama Angelo Maria.*

Domum e Vaticano reversus, statim Ughellii de Episcopis Italiæ Volumina evolvere cœpi, atque in iis perscrutari, num memoria me fefellisset, dum Pontifici affirmaveram, unicum Præsulem Veneto Patriarchatui familiam meam dedisse, eumque Prædicatorum Ordini adscriptum. Me vera loquutum fuisse comperiens, gratam eidem Pontifici futuram mihi persuasi rei illius indubiam notitiam. Misi igitur Episcopo Imeriensi Ughellii Volumen, quo illa continebatur; eique aliud etiam conjunxi, Historiam videlicet Philippi Villani, qua tradebatur, Benedictum XI. antequam Regulam S. Dominici profiteretur, Venetiis operam dedisse Quirinorum familiæ literis instituendæ. Iis libris acceptis advolavit Episcopus ad Pontificis cubiculum, ambosque ejus

oculis

oculis ſubjecit. At Pontifex Ughellio rejecto, quem certo errare contendebat, quum oculis ipſemet ſuis vidiſſet Venetiis Quirinorum Patriarcharum bina ſepulchralia monumenta, avide perlegit quæ de Benedicto XI. cujus memoriam ſummopere venerabatur, Villanus conſcripſerat. Geſtiens inde mirum in modum, Archiepiſcopum Damaſcenum accerſivit, atque ad eum hæc verba fecit, *Che ne dite, Monſignore, il noſtro Benedetto XI. è ſtato Maeſtro à Venezia de' Signori di Cà Quirino*. Legendumque ipſi tradidit locum illum Hiſtoriæ Villani. Factum hoc, captumque ex ejus notitia a Pontifice gaudium adeo celebre evaſit in Alma Urbe, ut Virginius Valſechius in Epiſtola *De veteribus Civitatis Piſanæ Conſtitutis* impreſſa Florent. an. 1727. loquens p. 47. & 48. de Nicolao Quirino *de domo majori de Venetiis*, Piſarum Poteſtate an. MCCLXI. hæc ſcribendi occaſionem ceperit: *Jacobus Zabarella* Hiſtoria della Sereniſſ. Famiglia Quirina *p. 59. mentionem faciens Nicolai Quirini* di Giovanni 2. della Caſa Maggior, *non parum ſplendoris, & gloriæ Quirinæ genti adtuliſſet, ſi circa hæc ipſa tempora monuiſſet, Benedictum XI. optimum, ſanctiſſimumque, & miraculis clarum Pontificem Ord. Prædic. cum juvenis eſſet, Venetiis inſtituiſſe pueros* domus Quirinæ, *corrupte* di Ca Corino, *ut teſtatur Joannes Villanus lib. 8. cap. 66.* Quæ autem mox ſubdit idem Valſechius,

palam faciunt, unde adductus fuerit Pontifex ad binos Patriarchas, Ordinis Prædicatorum, Quirinæ familiæ adſcribendos. Facta enim ibidem a Valſechio humaniſſimis verbis mentione Monaſtici tyrocinii, ſtudiorumque ſocietatis, unde in Cœnobio Florentino juncti dulciſſimo ſodalitio per quatuordecim annos ambo permanſimus, Hieronymi Quirini, Venetiarum Patriarchæ, virtutes his verbis collaudat, *Quem literarum, & pietatis fructus, quos ex Benedicti XI. inſtitutione Quirinæ domus perceperat, ei tum Ordini dixeris reddidiſſe. Obiit hic an.* 1554. *viſiturque ejus ſepulchrum prope alterum Thomæ Donati, ejusdem Ordinis, illius magiſtri, & in eadem ſede anteceſſoris, in Eccleſia S. Dominici Venetiarum: cujus cœnobii haud vulgaris laus eſt, BENEDICTUM XIII. nunc regnantem Pontificem Maximum, Dominici caſtra cum peteret, eo ſe recepiſſe, ibique ſacræ ejus militiæ cingulo donatum fuiſſe.* Bina ergo ſepulchra, quæ conſpexit Benedictus XIII. in Cœnobio S. Dominici, non binos Quirinos Patriarchas, ſed Thomam Donatum, & Hieronymum Quirinum claudebant. Memini, me locum illum ex libello P. Velſechii legendum obtuliſſe eidem Pontifici, eique valde probatum fuiſſe; quin tamen diſſimulaverit deeſſe in eodem mentionem ſuæ, una cum cingulo Dominicano accepto in Cœnobio de Caſtello, cooptationis in familiam ejusdem

Cœno-

Cœnobii. De Pontificis erga idem Cœnobium pietate paulo post redibit sermo.

Tandem benignissimis verbis professus est Pontifex gratas sibi accidisse binas grandiores tabulas, quas eidem ante paucos dies obtuleram, Græco penicillo descriptas, poposcitque a me, ut distincte ipsi explicarem sacras Cærimonias iisdem expressas. Protulit insuper, quem ferme ad manus habebat, libellum Græcam illam Orationem complectentem, cujus in Latinum, seu Italicum idioma vertendæ pensum, ut superius dixi, Episcopo Imeriensi tradiderat; indeque alta ipse voce perlegit brevem Præfationem eidem appositam, & ad singula verba, quæ mox recitabo, quamplures interrogationes interjecit. En verba illa, *Il giorno del suo solenne ingresso fu per ogni classe di persone così giulivo, che Corfù non si può sovvenire d'un simile, come ne fanno fede le infinite Composizioni Greche vistesi allora affisse sopra ogni muro di Case, e Botteghe, e molte altre dimostrazioni, frà le quali (per non parlare delle sontuose machine erette da' Canonici Latini, e delli Tapeti distesi per terra con frondi e fiori dall' Università degl' Ebrei) fu assai rimarcabile il nobile Baldacchino formato dal Reverend. Protopapà avanti la propria casa con sotto l'Armi Gentilizie del Prelato. Altra giornata niente meno solenne per Corfù quella fù, in cui egli si com-*

compiacque intervenire in forma publica, cioè à dire, risiedendo nella sua consueta Cattedra e Baldacchino, con Croce Archiepiscopale, alla Greca Uffiziatura, in cui non mancarono le lodi de Sommo Pontefice, nella Chiesa di S. Spiridione, la Festa del gloriosissimo Santo. Fù talmente grande in quest' incontro l'esultanza della Città, che i suoi Deputati, e Principali furono à levare dal Palazzo Archiepiscopale il Prelato, e lo condussero al Tempio con nobile comitiva, ed ivi fu accolto alla porta dal Protopapà, e suo Clero, frà il quale, compita l'Uffiziatura, non mancò uno de' suoi più qualificati Sacerdoti, e Maestri, che asceso il Pulpito diede libero lo sfogo agli applausi, ed agli encomj, con recitarvi la presente Orazione in Greco letterale, dil cui il Prelato possiede perfetta notizia. Binas eas tabulas, quas jam jam indicavi, Pontifex jussit, in eo Palatii Apostolici cubiculo appendi, in quo coram ipso, & Cardinalibus haberi solita erat Congregatio S. Officii, diuque ibidem illæ manserunt; at postea collocatæ sunt in Vaticana Pinacotheca, ubi & modo asservantur. De studiis meis Græcis nonnulla ultimo loco percontatus est, unde scilicet tantus eorundem amor me occupaverit; huncque mihi a Florentino domicilio inspiratum fuisse affirmans, qua ratione inhæserit iste omni tempore præcordiis meis, paucis verbis exposui.

CAPUT

CAPUT XIV.

De cura apud Pontificem ſuſcepta pro evehendo ad Cardinalatum Veneto Patritio; de adito Sublacenſi Cœnobio poſt inviſas Tuſculi, Albani, & Tiburis civitates; de verſione libri Gallici; de reditu ad Almam Urbem; de æreæ tabulæ idea Pontifici ſignificata: quæ omnia contigerunt poſtremis menſibus an. MDCCXXVI.

HOrum omnium, quæ de ſingulari Benedicti XIII. erga me benevolentia hucusque narravi, factus jam certior Capellus, Legatus Venetus, in eam facile ſententiam devenit, utiliorem a me, quam a reliquis, præſtari operam poſſe in eo negotio, quod eundem magnopere angebat. Percupiens ſiquidem ille, uti ſuperius retuli, rubro galero exornari Maurocenum Epiſcopum Brixienſem, fratrem germanum Michaelis Equitis, quo nemo ſibi inter Venetos Senatores, atque, ut vocant, Sapientes familiarior, nullumque in rebus ſuis ad Legationem ſpectantibus columen firmius, at multo adhuc flagrantius optabat, eundem galerum in Veneti alicujus Patricii, quicumque is foret, nullo modo autem in Civis tantum, ſeu Reip. ſubjecti caput incidere. Forojulienſem Porziam quammaxime verebatur idem Orator, nec ipſe tantum, ſed Cardinalis Otthobonus, & Cornelius quoque Rotæ Auditor, cætera Porziæ ami-

amiciſſimus. Flagitavit ergo a me Capellus, ut cauſam Patriæ meæ agerem, curarem ſcilicet apud Pontificem, ut Patritius, potius quam alius, palmam, de qua agebatur, referret. Etſi perardua foret provincia iſta, & periculoſæ aleæ plena, attamen eam aggredi non dubitavi. Quare die quodam ante Pontificem conſiſtens, variosque cum ipſo pro aſſueta ejusdem benignitate conſerens ſermones, aditum mihi feci ad eidem ſignificandum tam iter, quod ad balnea Nucerina ſuſcepturus erat Legatus Venetus, quam pavorem, quo torquebatur, ne interea Cardinalatus honor vel Civi, vel Subjecto, non Patritii Ordinis Viro deferretur; quæ res, ajebat Legatus, Senatui valde foret inviſa, Legatumque ipſum in graviſſimas anguſtias conjiceret. Tunc Pontifex, etſi id a me dictum interpretaretur colloquii tantum cauſa, attamen ſerio argumentum illud pertractare ſuſcepit, hisce verbis ſermonem ſuum exorſus, *Mi perdoni il Sig. Ambaſciadore, non c'è queſt' obligo di far un Patrizio, non c'è queſt' obligo.* Dumque ego juſtam videri Legati Veneti formidinem, qua valde premebatur, ſubjungerem, quod conſuetudo, aliquando lege ipſa potentior, Venetis Patriciis faveret, *S'inganna*, ſubdidit Pontifex, *il Sig. Ambaſciadore, mentre il Card. Colloredo fu creato per la Rep. di Venezia nella nomina de' Prencipi da Innocenzo XI.* Hoc ipſum exemplum me attuliſſe reſpondi eidem

dem Legato, huncque vim illius declinasse, affirmando una cum Colloredo Forojuliensi renunciatum fuisse Cardinalem M. Antonium Barbadicum, Venetum Patricium. *Sì Signore*, reposuit Pontifex, *mà la Rep. ringraziò per Colloredo, e non per Barbarigo, fece à Colloredo, e non à Barbarigo la solita imprestanza.* Conclusitque post multa suum illum sermonem in hunc modum, *Or dica al Sig. Ambasciadore, che Noi siamo determinatissimi di preferir il Teologo, quando sia Nazionale, al Patrizio, mà bensì, che trovandosi un Soggetto Patrizio, e Teologo, preferiremo questo al Teologo, che sia semplicemente Nazionale.* Hæc omnia fideliter retuli Legato, etsi forte aliquis existimasset, e re mea esse, ut eidem postrema ea verba celarentur. Et ipsa tamen a me elicuit inditus mihi a natura animi candor, & præterea insculpta menti meæ a teneris unguiculis Esajæ sententia ista, *Semita justi recta est, rectus callis justi ad ambulandum.* Ea ipsa postrema verba in causa fuerunt, ut Legatus, quemadmodum ipse mihi postea fassus est, ad Nucerinos fontes profectus, sua labia iisdem hilariter proluerit. Mirabatur tamen maximopere, dum Pontificiam, ut ita dicam, dissertationem eidem exposui, qui fieri potuisset, Pontificem ita de eo argumento edoctum fuisse, perinde ac si Thesi propugnandæ se comparasset. Revera mandasse ipse memoriæ suæ videbatur, quidquid de binis illis Cardinalibus uno, eodem-

eodemque tempore renunciatis legitur initio libri quinti Historiæ Petri Garzoni, Veneti Senatoris. Suffragabatur summopere Porziæ Cardinalis Corradinus, & Præsul alius, quem sibi Porzia omnino devinxerat, atque insuper remis, velisque Porziæ favebat cohors omnis Beneventana, pro cujus pariter amore sibi conciliando nihil ille intentatum reliquerat. Adeo firmas in animo Pontificis radices jecerat voluntas provehendi eundem ad Cardinalatum, posthabitis Patritiis, ut Cardin. Otthobonus Venetiis Romam redux mihi affirmaverit, se eo transmigrandi gratia Pontificiam benedictionem implorantem, ad infimas preces descendisse, ne adigeretur civibus suis nunciare, dedecus illud Patritiorum Ordini illatum iri, idque ab eo Pontifice, cujus familia, ut eidem Ordini accenseretur, Pontificatus dignitate non indiguerat. Magna erat inter Pontificem, Otthobonumque conjunctionis necessitudo; attamen fassus iste mihi fuit, se nihil prorsus officioso illo sermone apud illum profecisse.

Mense Augusto, post M. Virginis in cœlum assumptæ solemnitatem, Pontificem rursus invisi, ut ab ipso licentiam peterem ad Sublacense Cœnobium divertendi. Interrogavit me ille, an aliquos mecum libros adducturus eo forem, & quosnam; hacque percontatione visus me est quodammodo invitare ad rem referendam

ei

ei Historiam Monastici mei Italici, cui elucubrando studia mea per aliquot annos, post pererrata Congregationis Casinensis Monasteria, sacraveram, at invita minerva. Revera vix facta a me eorundem studiorum mentione, cupidum se ostendit ejus historiæ cognoscendæ, risitque, dum narrationi illi Virgilianum versum præmisi, *Sed, si tantus amor casus cognoscere nostros, Incipiam*. At dum eos casus referrem, facile mihi innotuit, eundem non amare tantum vices meas dolere, sed præterea subirasci, & stomachari tot adversa, quæ iisdem studiis evenerant. Quare optimum factu judicavi, si orationis meæ vela contraherem. Vix autem id egeram, quum coegit me ad eadem rursus in altum danda Sanctitatis Suæ authoritas. Præcepit siquidem, ut ad narranda etiam digrederer, quæcumque expertus fueram contraria laboribus a me impensis in Ecclesiasticos Græcorum libros. Sanctitatem Suam tamen exoravi, ut narrationi isti tunc parcendo, eandem in scripta potius redigere mihi liceret, quod me facturum promisi per otium Sublacense. Arrisit Pontifici meum hoc consilium, monuitque ut non alteram hanc tantum, sed priorem etiam, Monastici nimirum Italici, historiam literis mandarem, easque supplici libello insererem, quo exposcerem, novo examini subjici causam illam utramque. Pariturum me Sanctitati Suæ affirmavi, &

revera parui. Atque, dum hæc ſcribo, ante oculos habeo binos illos libellos, quos tamen e Sublacenſi Cœnobio redux abſtinui Pontificis ipſius oculis offerre, ne, ut dici ſolet, crabrones irritarem. Verba deinde aliqua mihi ille fecit de Abbate Franciſco Antonio de Simeonibus, ex quibus intellexi, eundem, quamvis Beneventanum, haudquaquam in magna gratia eſſe apud Pontificem. Ego vero, qui ipſius ingenium, & ſtudia magni facere nunquam deſtiteram, haud omiſi ipſum commonere, ut ſatageret Pontificiam benevolentiam ſibi conciliare; qua in re operam pariter meam eidem exhibui. Revera poſt unum, & alterum annum, gradum Conſultoris S. Officii a Pontifice, me quoque adnitente, accepit. Dilapſus tandem eſt Pontifex ad quærendum a me quidnam ſentirem de oblationibus turturum, & aliarum avium, quæ fieri Romæ conſueverant, dum ſolemnia Canonizationum, Pontifice ſacris operante, in Baſilica Divi Petri peraguntur. Haſce parum ſibi probari aperte mihi declaravit, quod cenſeret donis tantum panis, & vini ex veteri ritu Altaria, dum divinum ſacrificium celebratur, cumulari debere. Vix hæc dixerat, quum oſtendit mihi de eo argumento libellum Gallicum ab Jo. Bapt. Thierſio compoſitum, manibusque meis illum contradens, rem gratam ſibi facturum me dixit, ſi tempus Sublaci nan-

nancifcerer ejusdem in Italicum, feu Latinum idioma vertendi. Prorfus ingenue ea occafione optimus Pontifex faffus mihi eft, Gallicam a fe linguam penitus ignorari; fubjunxitque poftea, familiarem contra fibi admodum evafiffe linguam Hifpanicam, ac propterea libros eadem confcriptos frequentiffime a fe verfari, indeque quamplurima depromere folitum femper fe fuiffe ad facras fuas Orationes componendas. Refpondi ego, Sanctitatis Suæ ingenium, doctrinam, atque eloquentiam aliorum lucubrationibus non indigere; at ille ftatim, *Crediateci, Monfignore, che abbiamo rubbato da' libri Spagnoli fpaventofamente, mentre fenza ciò qual modo di aver compofte tante Prediche, quante ne abbiam fatte?* O candorem incredibilem!

Lætus ergo ob nova ifta benevolentiæ argumenta, quibus me Pontifex dignatus fuerat, Sublacenfe Monafterium appetii, poftquam tamen Tufculum primo, deinde Albanum, & Tibur contendiffem. Tufculi adeundi cupiditatem mihi injecerunt Cardinalis de Comitibus, & Cardinalis Polignachius, qui ibidem autumnales ferias tranfigebant. Humaniter ab utroque exceptus fum. Breves cum primo fermones commifcui, quod parum firma valetudine frueretur; at valde prolixos cum Polignachio, quod uberrimam iisdem materiam fubmini-

ſtrarent cum conſuetudo noſtra Pariſienſis, tum exquiſita, qua Vir ille pollebat, ſcientiarum omnium peritia, hæcque ſuaviſſimæ fandi dulcedini conjuncta. Romæ quoque ſuperioribus menſibus frequenter eundem alloquendi voluptatem ceperam, præſertim de rebus, quæ ad Eccleſiarum pacem ſpectabant, cui procurandæ molimina omnia dum ille impenderet, haud negavit, magno a ſe lucro apponi, quod iisdem Benedictum XIII. paratum eſſe indulgentiſſime obſecundare deprehenderet. Petiit idem a me, num Epiſtolicum commercium aliquod cum Fleurio retinerem? Repoſui, poſtquam ab eodem abſtinuiſſem, & poſtremis Romani mei domicilii annis, ob vagationes, quas in iisdem per complura Cœnobia ſuſcepi, & eo etiam tempore, quo Corcyræ conſedi, ob vaſtum non terrarum tantum, ſed aquarum etiam tractum, quo animis juncti disjungebamur, commercium me tandem illud reſumſiſſe, ubi primum e Corcyra Romam attigi. Addidi, ipſius Fleurii literas, quibus meis ex Alma Urbe exaratis reſponderat, me nuper accepiſſe. Ludens in iisdem, affirmaveram qua ratione ille olim quibusdam ſuis epigraphen iſtam appoſuerat, *Andreas Hercules* indignatione *divina Epiſcopus Forojulienſis*, eam ipſam epigraphen mihi ſuo modo convenire poſſe ex mea ad Corcyræ Inſulam deportatione. Idque quum dixiſſem, Polignachio legen-

das

das præbui ejusdem Fleurii literas, quæ ita ſe habent: *J'ay reçû avec un extrême plaiſir les marques ſi long tems interrompuës de l'honneur de vôtre ſouvenir, & je Vous ſuis très obligé d'avoir bien voulu penſer à moy. J'avois appris vôtre* deportation *à l'Isle de Corfû, & qu'il y ait du bien à faire par tout, je voudrois Vous ſçavoir plus près de la Capitale du Monde, ou du moins du coté de France. A moins que le Turc ne s'aviſe encore de Vous aſſieger, je ne croi pas, que Vous ayez beaucoup d'occaſions de faire parler de Vous dans le Monde. Peut être aurez Vous envie d'aller ſatisfaire vôtre curioſité, en viſitant toutes les Isles de l'Archipel, & ſur tout la pierreuſe Itaque. Si Vous eſtes une fois en train de voyager, il vaudroit mieux tourner vôtre route du coſté de France, où il vous reſte encore quelques uns de vos anciens amis. Ce n'eſt pas du coſté du Pape, que Vous rencontrerez des difficultez pour terminer l'affaire de la Conſtitution, & il faut eſperer, que Dieu touchera à la fin les cœurs de ceux, qui y ont eſté les plus oppoſés juſqu'à cette heure. Je vous rens mille très-humbles graces de la part que Vous voulez bien prendre à ce, qui me regarde, & je Vous ſupplie d'eſtre perſuadé du reſpect, avec le quel je ſuis &c.*

Poſt Tuſculum contendi Albanum, cujus delitiæ tenebant Capellum, Venetum Legatum. Angebat tamem eum, ut ſtatim novi, haud minus quam ante adita balnea Nucerina, ea cura, quam ſuperius explica-

 plica-

plicavi, quæ ſcilicet faceret, ut ſibi Ennianum illud aptare poſſet, *Hæc nunc me coquit, & verſat ſub pectore cura*. Gaudebat is utique, in dies magis, magisque Pontificiam erga me benevolentiam incrementum ſumere, at verebatur quam maxime Veneti amici ſui indignationem, de quo lepide aliquando ita conqueſtus eſt, *Mi ſcrive ogni ſettimana una romanzina, perche non gli mando à Venezia la nuova d'eſſer fatto Cardinale Monſig. Moroſini*. Oblectabatur eo ipſo tempore ejusdem Albani æris amœnitate Card. Bentivolus. Quare eundem inviſi, nec longæ confabulationi noſtræ defuit profecto argumentum. Ejus quoque oculis exhibui Fleurii literas, quas Polignachio antea oſtenderam, dumque ad ea verba pervenit, *Si Vous eſtes une fois en train de voyager, il vaudroit mieux tourner voſtre route du coſté de France, où il vous reſte encore quelques uns de vos anciens amis*, hæc ad me Bentivolus, *Buon viaggio, Monſignor mio, nè io ſon diſpoſto à farvi compagnia, la quale bensì, come già ſcriſſi da Parigi, vi farei volentieri, quando ſi trattaſſe di piantar il ſoggiorno ne' bei lidi dell' Adria, in quel ſanto aſilo di tranquillità, e di ſicurezza*. Biduo, quo Albani moratus ſum, moleſtæ mœſtitiæ aculeum perſenſi e revocata mihi in memoriam ruſticationum, quas ibidem cum Cardinali Aloyſio Priolo peragebam, jucunditate. Earundem poſtrema contigit diebus

diebus bacchanalibus anni 1720. nam Romam illinc reversus, post paucas hebdomadas decessit. Ea erat ejusdem erga me comitas, ac familiaritas, ut morti proximum se sentiens, quo die Venetiis Romam perlatæ fuerunt literæ a publico cursore, hasce mihi uni curam demandaverit aperiendi, atque legendi, sibique postea referendi, quæ relatu digna censerem. Magna earundem pars negotium attingebat throni, quem ab ipso in aula recens constructa suæ habitationis erigi posse, instar reliquorum Cardinalium, acriter obstabat Nicolaus Duodo, Orator Venetus, idque, ajebat iste, quod totius Palatii S. Marci proprietas ad Venetam Remp. spectaret, ad Cardinalem vero Titularem S. Marci jus dumtaxat commode in ipso habitandi, cui juri haudquaquam annexa foret facultas erigendi thronum in aula suæ illius habitationis; quemadmodum, subdebat Orator in ædibus Romanorum Principum non aula Cardinalium agnatorum ibidem degentium, sed sola aula ipsorum Principum thronum istum spectandum exhibet, & quemadmodum pari throno omnino vacat domicilium Cardinalium Pontificias ædes incolentium. Adeo ex hujusmodi contentione se se afflictaverat idem Cardinalis, ut eadem mortem ipsi maturasse passim censeretur. Hujus exitum intra breve omnino spatium subsequuta sunt fata Principis Antonii Otthoboni,

boni, a quo pariter admodum singulariter diligebar. At nulla major mihi causa emortualem eum annum complorandi, quam interitus, qui eodem evenit, Cæciliæ Justinianæ matris meæ amantissimæ. Hæc post plurima amoris pignora, quibus superstes me affecerat, novo moriens donavit, legata mihi æqua cum binis germanis fratribus dotis suæ portione, veluti pro certa re habens ex materni pectoris vaticinio, Episcopales Infulas mihi non defuturas.

Albano relicto, Tiburtinam urbem adii, in qua rusticabantur Romani Præsules aliquot, iique Cardinali Imperiali, qui pariter ibi aderat, deambulatum pergenti mane, & vespere se se comites jugiter addebant. Iisdem ego quoque frequenter jungebar, & quoniam ad deambulationes eas exhilarandas conabantur singuli facetas quasdam narrationes in medium affere, protuli & ipse, quas mihi illis ipsis diebus depromendi ansam præbuerat Jo. Matthæus Petitdidier, Præsul Lotharingus, ex Congr. S. S. Witoni, & Hydulphi. Hic Sublaci adeundi causa, Tibur appetens, me recta convenerat in ea domo, cujus usum per aliquot dies humane mihi indulserat civis quidam ejus loci. Hora autem propior tunc erat meridianæ; quare postquam pauca interfati fuissemus, ab ipso quæsivi, quodnam foret hospitium, ad quod divertisset, quamnam commoditatem ad Sublacense

censе iter conficiendum paratam haberet, num currum, num rhedam, num equum, quænam forent ad Abbatem, seu Monachos Sublaci commendatitiæ, quas secum afferret, aut antea ab aliis Roma transmitti curasset? Miratus vehementissime sum, eundem hisce omnibus quæstionibus respondisse, perinde ac si ea attingerent, quæ ad ipsum ne hilum quidem pertinerent. Itaque ne impransus maneret, mecum eundem detinui, imo diu noctuque per biduum, quo moratus est Tibure, mensa & tecto excepi, vehiculum ei pariter apparavi, & literas ad Sublacenses contradidi. Ad tantam Præsulis illius indiligentiam, seu oscitantiam, nec Cardinalis, nec ejus comites risum ullo modo tenuerunt. Hunc ego ut magis, magisque moverem, & jucundiorem efficerem deambulationem nostram exhibui librum, quem idem Præsul mihi dono dederat, *Dissertation Historique & Theologique*, & ex Epistola ejus Nuncupatoria legi verba ista, quibus ille Benedictum XIII. alloquitur, *Non possum tamen, Beatissime Pater, quin commemorem, quæ abs Te nuper honorifica peræque ac jucunda ad me profecta sunt: literas dico, quas benevolentiæ, imo officii plenas, quæ tua humanitas est, scripsisti; præsentissimam illam, præpotentemque opem, quam afflictis, & prope accisis rebus meis tulisti, iniquum ratus de eo me dejici gradu, in quo me Sedis Apostolicæ collocaverat authoritas: studium*

 deni-

denique illud, quod ad defendendum me professus, pollicitusque es. Sane in eo quod pro recuperanda Senoniensi Abbatia, mihi malis artibus pæne oppresso authoritatem accommodas &c. Hisce intellectis, tunc certatim festive singuli quotquot aderant, *præsentissimam, præpotentemque opem* me quoque attulisse commentabantur Præsulis illius *afflictis, & prope accisis rebus*, tum tecti indigum, & prandii, domi excepi, ac refocillavi. Eorundem tandem salibus Imperialis epilogum apposuit, affirmans postquam egissem, quæ narraveram, agendum adhuc mihi superesse, ut crumenam meam eidem Præsuli *accommodarem*, unde absque ullo impendio suo Senoniensem Abbatiam revisurus in Lotharingiam commigraret. Haud tamen diffitebor, valde gratum mihi fuisse cum eo hospite de quam pluribus rebus prolixe sermocinari. Recensuit ille mihi lucubrationes omnes, quas in lucem ediderat. At nihil auribus magis intentis percepi, quam ejusdem narrationes de libro, *Apologie des lettres Provinciales de Louis Montalte*, quem sibi omnino falso adjudicatum fuisse narrabat; quamvis non deforent, qui testimonium perhiberent, eundem amicis suis palam fassum fuisse, authorem ejus libri non alium esse quam seipsum. Incidit pariter sermo noster in res Quesnellianas, petiitque a me quidnam ex hominis illius ore, dum ipsum Amstelodami invisi, intellexissem

sem de damnatione a Summo Pontifice in se ipsum inflicta? & an verum esset magnas ab eo querimonias excitari, quod non auditus sententiam illam subiisset? Respondi, grave fuisse homini illi non quidem se non audiri, sed defensiones suas a se inutiliter profundi, quod Romana Sedes sanæ doctrinæ, quam ipse tuebatur, refragaretur. Conquestionis hujusce improbitatem, subjunxi ego, quis est qui non videat?

Tandem ad Sublacense S. Scholasticæ Cœnobium me contuli, & in eo moram feci per quatuor hebdomadas. Quotidie tamen ad Sacri Specus Asceterium ascendebam, rem divinam peracturus, mihique identidem ad memoriam revocans Isaiæ illud, *Attendite ad petram, unde excisi estis, & ad cavernam laci.* Otii illius mei plerasque horas impendi in ea negotia, quæ mihi voluntas Pontificis, ut superius dixi, demandaverat. Præterea Annales Mabillonii, quos vehementer desiderasse, sed frustra, mihi contigerat in secessu Lirinensi, ad manus habui in Sublacensi isto, nihilque me magis in iisdem delectavit, quam Monasticas ante Benedictinæ regulæ promulgationem origines perscrutari, atque inter ipsas Lirinensis ejusdem Cœnobii primordia. In Epistola Cardinalis de Fleury, quam ad calcem hujus Voluminis recitabo, innuit ipse, meorum votorum metam, dum

dum apud ipsum versarer, quodammodo fuisse Lirinensem Abbatiam, *V. Em. se bornoit presque dans ce tems là à l'Abbaye de Lerins*, ac proinde nil mirum si primordia ea cognoscendi cupido haud levem in animo meo aculeum reliquisset. Multo autem magis sollicitavit me cura, ut Benedictum XIII. adducerem ad præstandas Pontificiæ authoritatis suppetias juri illi, quod in Lirinensem Abbatiam spectare ad Congregationem Casinensem ingenue professus est in literis suis Cardinalis Ossatus. Itaque de eo argumento haud omnino brevem Epistolam conscripseram ad eundem Cardinalem, dum rerum in Gallia ex officio Primarii Administri, quod gerebat, poti-retur. Eandem Pontifici legendam tradidi, imo in ejus manibus reliqui, antequam illa Parisios transmitteretur; & adeo ipsi probata fuit, ut unum, & alterum *Utinam* ad ejus oram calamo suo superaddere haudquaquam refugerit. Jacet adhuc autographum illud inter schedas meas, nec bene memini, unde evenerit, ad Fleurii manus ipsum non advolasse; ad quas utique si advenisset, potiori adhuc jure in memoriam mihi ille revocasset limites, quos meis votis ante tria circiter lustra constitueram.

Romam e Sublacensi solitudine redux obtuli statim Pontifici Italicam Opusculi Gallici versionem, quam adornaveram. Absque ulla mora eandem incœpit ille perlege-

legere, & parum abfuit, quin totam abfolverit. Verebar autem, ne æque a me repeteret binos fupplices libellos, quos pariter confeceram; at quum ille de iisdem nullam mentionem feciffet, clanculum ipfos habui, nulloque modo curavi, ut in pofterum oculos ejus illi fubirent; nam, fiquidem ad aliorum notitiam deveniffent, videbar mihi (fi ita loqui fas eft) Camerinam movere. Ea igitur verfione contentum Pontificem omnimodis fuiffe, tacite mihi ipfi gratulabar, indeque pronior fui ad patefaciendam ei cogitationem, quam mihi Sublacenfis feceffus tranquillitas infinuaverat. In ærea nimirum tabula duum, aut trium palmorum comprehendere cogitavi ipfius Pontificis primum effigiem, deinde libros ab eodem confcriptos, facras cærimonias ab ipfo peractas, ac tandem Viros fanctos ejusdem agnatos. Perplacuit illi e veftigio hujusce ideæ, ut ipfius verbo utar, *la bizzaria*; probavitque ultra quam credi poteft verficulos pro eadem explicanda jam a me compofitos, iftos videlicet,

Urfini effigiem, & libros, & facra, genusque,
En collecta fimul parva tabella tenet.
Nil mirum nuceo conclufum cortice Homerum,
Materia uberior clauditur hoc fpatio.

Hosce femel a me recitatos juffit, ut iterum recitarem, geftiensque ita ad me loquutus

tus eſt, *Vi abbiamo ſempre creduto Benedettino, Monſignor Arciveſcovo, ma ora ſiamo obligati à riguardarvi per Geſuita, mentre fate i Diſtici come il miglior de' Geſuiti*. Conatus tunc ille mihi viciſſim eſt Diſtichon quoddam, de Poggio Florentino compoſitum, ſuæque memoriæ jamdiu mandatum recitare; at quum viderem fruſtra illum eniti, indeque animo angi, rogavi ipſum, ut mihi diceret, num forte Diſtichon illud hujusmodi foret,

Dum Patriam damnat, laudat dum Poggius hoſtes,
Nec bonus eſt Civis, nec malus hiſtoricus.

Plauſit ad hæc Pontifex benigniſſime, eoque elogio meam memoriam ornavit, quod promerita ipſa certe non fuiſſet, ſi uno impetu integram Æneidem reddidiſſet. Tandem me dimiſſurus juſſit ad ſe ingredi Pierſantum, unum ex Magiſtris Cærimoniarum, eique mandavit, ut ſyllabos illos appararet, cujusmodi ab ipſo expoſcerem.

Elenchis illis, quibus numerus ſacrarum Cærimoniarum a Pontifice obitarum usque ad eum diem exacte deſcribebatur, a Pierſanti poſt quatuor, aut quinque dies mihi contraditis, æreæ tabulæ ideam, quam Pontifici expoſueram, cum Hieronymo Odamo communicavi, Viro pingendi artis perito, & præterea ad alias ei affines factitandas ſingularem ſoltertiam, & induſtriam a natura ſortito. Pollicitus mihi iſte eſt operam ſuam.

Inte-

Interim vero ad manus meas ex dono Pontificis advenit Variorum, quorum ipse author foret, Opusculorum Volumen, nondum librario tegmine coopertum, quod ille humanissime spopondisset, me illo potiturum eo ipso momento, quo e prœlo prodiisset. More autem suo donum illud hujuscemodi Epistolico comitatus est, quod magnopere ejus pretium adauxit, *Appunto in tavola capita l'ultimo foglio degli Opuscoli consaputi (termine però non approvato dalla Crusca) e giusta le promesse si mandano in anima, & corpore à Monsig. Arcivescovo di Corfù, acciocchè non accagioni chi doveva inviarglieli che avesse ostracismato dalla di lui memoria la propria obbligazione. Il primo foglio del Frontispizio, e dell' Indice lo manderà uscito dalla stampa Monsig. Arcivescovo di Damasco.* Oblectabatur haud parum Pontifex, dum, seposita Pontificia majestate, amice seu scriberet, seu loqueretur, jocosis, atque peregrinis quibusdam verbis, cujusmodi in Epistolio isto, quo nihil amicius, nihil familiarius, comparent. Morem hunc in alio etiam Epistolio paulo post ad me clementissime exarato servavit. Occurrerat mihi in libello, cujus versionem, ut paulo ante dixi, adornaveram, Collecta hisce verbis concepta, *Tuis, Domine, donis Altaria cumulamus*; eamque ab Auctore libelli citari comperi tanquam spectantem ad Missam S. Jo. Baptistæ, in qua tamen illa haud-

qua-

quaquam extaret; ac proinde ad Pontificem confugi, ut benigne indicaret, an quidquam in eo loco proferendo immutari a me deberet. Hic quæſtionem ſuo hoc Epiſtolio diremit. Ejus initio deſignatur S. Hieronymi dictum de Nepotiano, quod in aurea tabella, de qua paulo ante, ipſi Pontifici aptaveram, hisce verbis expreſſum, *Pectus ſuum fecerat Bibliothecam Chriſti*. Epiſtolium autem illud ita ſe habet: *Ancora la mia ſcarſiſſima Bibliotheca (non già, come dice Monſig. di Corfù, ſimile à quella di Nepoziano) reputa una Colletta &c. ſe inſerita preſſo il citato Sermone*, fides penes auctorem; *onde non affermi, ma dica quanto in altra lingua l'Autore hà affermato: io nel margine della Traduzione direi qualche mezza parola, che ſpieghi, o accenni il dubbio del medeſimo dotto Traduttore, che non può ecceizàre le parole dell' Autore Franceſe, che non nomina chi ſia quel del citato Sermone. Hæc pro modulo meo.*

Evenerunt hæc diebus Natalitiis jam inſtantibus. Nocte autem ipſius Natalis D. N. Sanctitas Sua poſt primam Miſſam ſolemniter decantatam, ſecundam in Capella privata recitavit, peregitque in ipſa Conſecrationem Præſulis Otthoboni, cui titulum Nazianzeni Archiepiſcopatus aſſignaverat. Gratificatus mihi eſt Pontifex, ut in ea unus ex Epiſcopis Aſſiſtentibus forem; qui ipſe honor ante pauculos dies mihi contigerat in Conſecratione Epiſcopi Sago-

Sagonenſis in Corſica, ſcilicet Petri Mariæ Juſtiniani, Congreg. Caſinenſis Monachi. Donec tertiæ Miſſæ decantandæ tempus adveniret, ad domicilium Epiſcopi Imerienſis digreſſus, cum eo ad ignem aſſedi, nam totus frigore torpueram. Sermonibus, quos invicem inivimus, unicum argumentum tribuerunt Benedicti XIII. virtutes. Memoravi ego, ut bene recordor, eximium elogium, quo eaſdem nudius tertius inveneram decoratas fuiſſe in Epiſtola Clementis XI. Cardinali Urſino data, qua Beneventum transmiſſa ipſum hortabatur ad ſuſcipiendam Viennenſem Legationem, ei bonorum omnium plauſu deſtinatam, cujus ſcopus foret Cæſaream Majeſtatem adducere ad occurrendum, quacunque ſublata cunctatione, publicis, graviſſimisque rei Chriſtianæ neceſſitatibus. Hæc in Epiſtola leguntur, *In queſto ſtato di coſe ſiamo conſigliati, anzi ſtimolati da tutti à fare gli ultimi sforzi per muovere l'Imperatore à riſolverſi, e ciò co'l mezzo della ſollecita ſpedizione à Vienna d'un Cardinale, che ſia dotto, pio, forte, e zelante, ed abbia appreſſo tutti la ſtima di eſſere veramente tale &c. V. S. ben vede, che quelli, i quali ci conſigliano, e come abbiamo detto, ci ſtimolano à tale ſpedizione, onninamente neceſſaria ne' termini, ne' quali ci troviamo, anche per mettere al coperto appreſſo il mondo la noſtra coſcienza, ed il noſtro onore, atteſe le qualità ch'eſſi deſiderano nel Cardinale da ſpedirſi*

all' Imperatore , non altri descrivono , che il Cardinale Orsini. Non si dolga Ella dunque di altri , che delle sue insigni qualità , e della sua gran virtù , se Noi con la straordinaria spedizione di un Espresso , senza punto riflettere agl' incomodi , che potrebbono derivarle da un lungo viaggio nella corrente rigidissima stagione , e unicamente affidati nella Divina misericordia , che sia per assisterle in tutto , la preghiamo à portarsi sollecitamente in Roma &c. Hæc ipsa, quæ olim legenda mihi obtulerat Epistolarum, & Brevium Clementis XI. Volumen, jucundum mihi fuit his ipsis diebus rursus oculis meis usurpare, eoque magis quod in eadem Epistola commendari adinvenerim verbis hisce itinerandi, ultra montes præsertim , ineundam a Cardinalibus rationem, *Onde nella maniera , che si costumava negli antichi Secoli , e come appunto fece quel gran Cardinale , del quale scrisse S. Bernardo nel lib.* 4. de Consideratione ad Eugenium *cap.* 5. *quale* „redivit de terra auri sine auro, „transivit per terram argenti , & argentum „nescivit „ *possa portarsi* (de Cardinali Ursino loquitur) *alla Corte Imperiale* „non in „curribus, & in equis, sed in nomine Domini sine sacculo, & pera „ *e senz' altr' equipaggio , che quello delle proprie virtù &c.*

Advenit tandem hora tertiæ Missæ, a Pontifice decantandæ ; quare ambo ad Aulam Sacrorum Indumentorum accessimus.

CAPUT

CAPUT XV.

De capto consilio Corcyram Sponsam revisendi, eoque per Pontificem rejecto, ac tandem converso ad Beneventanum iter capessendum; de præstito jugiter Pontifici servitio Beneventi; de expressis ex ærea tabella exemplaribus eidem ibidem exhibitis; de edito ibi pariter Enchiridio Græcorum, de aditis Neapoli, Capua, & Casino; de Ecclesiæ hujus Cœnobii consecratione. Hæc omnia contigerunt intra Martium, & Majum an. MDCCXXVII.

QUoniam nova, imo majora quotidie comparerent Pontificiæ erga me benevolentiæ argumenta, hinc quotquot illa limis oculis conspicabantur, plura molimina adhibuerunt, ne ex eadem is fructus suboriretur, qui commodis eorundem damnum inferret. Inter cætera ad aures Card. Polignachii insusurrarunt, ne ullo modo se immisceret honorificentiis meis apud Pontificem juvandis, quandoquidem Venetæ Reip. leges interdicebant, ne ejus Cives exterorum Principum patrocinio fulti, seu munia sibi quævis procurarent, seu ad altiores gradus ascenderent, seu utilitatibus suis quoquo modo consulerent. Immurmuratum ita sibi fuisse ab amico quodam tam Cornelii Præsulis, quam Porziæ Abbatis, retulit mihi ipsemet Polignachius, ac præterea narravit, qua ratione sese exemisset a molesta illa (ita ipsam appellavit) insulsitate. Re-

ſpondit enim, Corcyrenſem Archiepiſcopum ſibimetipſi proſperam fortunam propriis meritis fabricari, nec iſta aliorum ope indigere, qua apud Pontificem juvarentur; nam potius idem Archiepiſcopus ex benevolentia Pontificis, qua potiebatur, idoneus quam maxime erat aliorum emolumentis promovendis. Concluſit ergo Polignachius, non Archiepiſcopo operam ſuam, ſed ſibi Archiepiſcopi operam utilem eſſe poſſe; eidemque ſe non alia ratione favere, niſi virtutes ejus admirando, ac prædicando, *Nè credo mai* (hæc fuerunt poſtrema verba, quibus repulit ineptam illam ſuſurrationem) *che vi ſia legge alcuna della Sereniſſ. Republica, che i meriti de' ſuoi Cittadini non poſſano eſſer celebrati da Principi Eſteri, e loro Miniſtri.* Iidem machinam aliam commoliti ſunt, nimirum curando, ut Venetus Senatus Oratori ſuo ſcriberet, ſibi parum probari diuturnam a Diœceſi ſua Corcyrenſis Antiſtitis abſentiam. Atque de hac re Senatus reipſa Oratorem commonuit, at verbis non imperioſis, ſed lenibus, quæ præterea molliora effecit Oratoris ipſius vox, dum illa mihi nunciavit.

Nihilominus invigilandum mihi eſſe intelligens, ne pares inſidiæ adverſus me iterum ſtruerentur, capta occaſione proximæ abitionis Pontificis e Romana Urbe ad Beneventanam ſuam Sponſam reviſendam initio Quadrageſimæ, quæ jam inſtabat, & ad

ad figendum ibi domicilium usque ad Paſchalia Feſta & ultra, ac tandem ad conſecrandum Caſinenſis Monaſterii Templum, capta, inquam, hac occaſione, ad Pontificem acceſſi, eundemque exoravi, ut iis ipſis menſibus, quibus ipſe Roma illis de cauſis abfuturus foret, advolare mihi fas eſſet ad Corcyram cauſa Sponſæ meæ amplexandæ. Nondum pauca hæc verba pronunciare deſieram, quum ille e ſella ſua repente conſurgens, iratum ſe magnopere oſtendit adverſus meam illam voluntatem, atque in hunc modum exclamavit, *Non vi avrei ricevuto, Monſignor Arciveſcovo, in verun conto queſta mattina, ſe mai mi foſſi creduto di udire tale ſtravaganza. Nè pur ſe aveſte ſoli venticinqu' anni vi laſciarei fare il viaggio di Corfù, giacchè ci vuole per eſſo mezza la vita d'un uomo.* Tunc ejus itineris brevitatem eidem explicare conatus ſum, affirmavique, intra octo dies me commode Roma Hydruntum percurrere poſſe, indeque biduo ad Corcyræ inſulam devehi. Subdidit ille, *Bell' onor e mio e ſuo, che ſi aveſſe da dire per Roma, eſſer lei partita diſperata, nè io aver avuto petto da ſoſtenerla, e così ſarà creduto per certo, mentre non tutti ſanno la domeſtichezza, che frà noi paſſa.* Hiſce ſubjungere mihi placuit: Quotquot, Pater Sancte, eximias tuas virtutes admiramur, eas quoque æmulari pro modulo noſtro debemus. Quot & quanta ſunt inſignis

amoris documenta, quæ tribus Ecclesiis suis nimirum Sipontinæ, Cesenatensi, Beneventanæ exhibere omni tempore consuevit Sanctitas Tua? Sinat ergo, ut ego quoque celeri cursu ad Sponsam meam properando, brachia mea ejus collo circumjiciam, & per bimestre, aut trimestre intervallum cum ipsa cohabitem. *Ora senta* (reposuit Pontifex) *le sarà noto il P. Oliva Generale de' Gesuiti. Questo ci disse una volta, che cerimonie, o negozio non stanno ben insieme. Le sue sono cerimonie, ed il negozio è, che non hà da partire da Roma se non abbiamo fatto di lei ciò che ci siamo prefissi di fare. Succederà la promozione prima, che è la nostra, ritornati che saremo da Benevento, quando pure i benedetti Portoghesi non seguitino ad impedircela con le loro pretensioni per Monsignor Bichi; e succeduta che sia, verrà à vacare l'Assessorato del Sant' Offizio, il quale sarà il pro interim di Monsig. Arcivescovo, fin che maturi la susseguente promozione delle Corone.* Obmutui, postquam ista Pontifex loquutus fuisset. Atque ille sermonem resumens, ita subjunxit; *Perchè non hà lei pensato più tosto di venirci à far compagnia nel soggiorno di Benevento?* Moxque ego impressis terque, quaterque manui ejus osculis, id me libentissime facturum spopondi, flexoque genu benedictionem pro eodem itinere postulavi. Hanc ille mihi amplexibus potius, quam dextera impertitus est.

Susce-

Suscepi igitur iter illud initio Quadragesimæ, & quamvis, antequam Roma discederem, præmonitus fuissem, cubiculum mihi non defuturum in Archiepiscopalibus ipsis Beneventi ædibus; attamen quod jam mihi paratum erat hospitium in Cœnobio S. Sophiæ ejus urbis, Canonicorum scilicet Regularium SS. Salvatoris, curante, imo mandante P. Abbate Lupo, ejus Ordinis Abbate Generali, eligere malui. Ibi ergo revera hospitatus sum, seu, ut melius dicam, pernoctabam, nam singulas diurnas horas cum Pontifice transegi, ei scilicet una cum Præsulibus ejus Curiæ inserviendo, nec unquam defui Divinis Officiis præsertim per Hebdomadam Sanctam. Hisce non solum jugiter intererat Pontifex, sed sacra omnia ipse peragebat, perinde ac si non quidem Supremus Pontifex, sed Beneventanus tantum Archiepiscopus foret. Mirum dictu! in adeo provecta ætate tot ab eo labores tolerari potuisse. Levi prandio sumto Feria V. ejus hebdomadæ, quum antea & Missam decantasset, & sacra olea confecisset, Sacramentum quoque per Ecclesiam gestasset, istudque postea in sepulcro de more reposuisset, tandemque Apostolorum pedes lavisset, levi, inquam, prandio sumpto ea Feria quinta, unico haustu cocolatæ refectus manebat, deinde per subsequens triduum, nimirum usque ad meridianam horam Sancti Paschatis; nam Feria VI. nihil

prorsus de more degustabat: Sabbato autem Sancto eo haustu refocillabatur post celebrata ab ipsomet officia omnia ejus diei propria, imo vero post perfectam etiam Ordinationem generalem, & Baptismum infantibus administratum, & præterea Vespere post Completorium sermonem habere non omisit de Maria V. ut toto anni tempore facere consueverat. Missam tandem diei Paschatis duplo prolixiorem effecit, interjecta scilicet isti Farsetti Præsulis in Ravennatem Archiepiscopum consecratione, in qua locum ipse tenui unius ex binis Episcopis simul consecrantibus. In communi Refectorio accumbere nobiscum tanquam unus ex nobis dignabatur. Ibidem quotquot exempla derivata ex tabula ærea, quam superius dixi me incidendam curasse, Beneventum attuleram, jussit Pontifex quodam die, dum in Cœnaculo illo prenderemus, singulis convivis distribui, omnesque excitavit ad plaudendum rei adeo solerter, ajebat ille, excogitatæ. Meam autem industriam collaudans, reversus tunc est, nescio quo pacto, ad celebrandos binos Antistites familiæ Quirinæ, quos Ordo suus Prædicatorum Patriarchali Venetiarum throno contribuerat, moxque ita fari perrexit, *Crederebbono loro Signori? tanto dotto che è l'Arcivescovo di Corfù non sapeva che due erano stati quei Patriarchi, avendo notizia di un solo.* Cepi tunc consilium Sanctitati Suæ

Suæ gratias agendi, quod innumeris beneficiis, quibus me cumulaverat, hoc insuper addidisset, ut ejus ope in notitiam devenirem, binos fuisse Quirinæ sobolis fœtus, qui post datum nomen Dominicanæ militiæ Patriarchales Venetiarum Infulas gesserunt.

Quamvis, ut superius dixi, Pontifici, quoties in publicum prodiret semper præsens adfuerim eidem inserviendi causa; attamen quemadmodum ille abdebat se subinde suum in cubiculum, solusque per plures horas in eo morabatur, pari ratione tempus & ipse adinveni paucarum chartarum libello typis ipsius Beneventanis evulgando opportunum. Titulum hunc eidem apposui, *Enchiridium Græcorum, quod de illorum Dogmatibus, & Ritibus, Romanorum Pontificum Decreta, post Schismatis epocham edita, nunc primum in unum collecta complectitur.* Libelli hujus Benedicto XIII. nuncupandi causas exponit Epistola illi præfixa, ex quibus unam tantum hoc loco in medium afferam. Ea hujusmodi est, *Porro in hac Collectione edenda, eo magis me operæ pretium facturum existimavi, quo certius comperio, hasce Apostolicæ Sedis leges, quemadmodum Græcis omnibus, ut Catholicæ veritatis tramiti insistant, ac vere materna erga ipsos Romanæ Cathedræ viscera agnoscant, ita Latinis etiam Pastoribus, in quorum Diœcesibus Latini, Græcique permixti commorantur, magno adjumento futuras, ut*

in ſacris Græcorum rebus pondus, & pondus adhibere diſcant, nec paleam ſimul cum tritico, zizania cum ſegete (quod dum ab aliquibus interdum factum dico, dolenter potius, quam contumelioſe dico) eradicare contendant; imo vero ea probent, ea tolerent, ea damnent, quæ probari, quæ tolerari, quæ damnari, Romanorum Pontificum magiſterio edocti cognoverint. Id ipſum Sanctitas Tua ſuomet exemplo demonſtravit; quandoquidem ad earundem legum normam præſcripſit, quotquot de Græcorum ſua in Provincia degentium Dogmatibus, & Ritibus edidit Decreta in Provinciali Synodo Beneventana; quippe quæ primævas Græci Ritus obſervantias veneratione proſequens, magnam in evellendis, qui in illum irrepſerant, abuſibus diligentiam adhibuit. Compertum ſiquidem habeo (nam ipſamet narrare dignata eſt) Sanctitatem Tuam olim per Epiſcopi tui Comprovincialis Diœceſim iter habentem, duos ibi graviſſimos errores deprehendiſſe, ac vehementer redarguiſſe; quod nimirum a Græco Presbytero Græci infantes ſacro Chriſmate una cum Baptiſmo linirentur, iidemque novam poſtea ab Epiſcopo Latino unctionem acciperent; deinde quod Latinus Epiſcopus Græcos ſibi ſubditos minoribus Ordinibus Latino Ritu initiaret, ac pro majoribus dumtaxat obtinendis Romam ad Græcum Antiſtitem dimitteret. Præterea in ipſamet ſua Archidiœceſi egregie laboravit, ut Græci ad eamdem pertinentes ſacras imagines anaglyptico opere fabrefactas, quas maxime abhorre-

horrebant, domi admitterent; utque sponsi ab Ecclesia celebrato matrimonio regredientes, a quibusdam ineptis, ac superstitosis ante ædium suarum fores cærimoniis, quibus assueverant, abstinerent. Nec voce tantum tenus me de hisce omnibus Pontifex erudierat, sed Epistolio etiam ad me perscripto, quod hujusmodi est, *Lo sceltissimo Opuscolo per gli Greci, e Latini, volendosi diriggere al Metropolitano di Benevento, sappia lo Eruditissimo Collettore, che in quella Provincia vi sono Greci, e detto Metropolita, passando per una Diocesi suffraganea, entrò in una Parrocchiale di Rito Greco, e trovovvi due gravissimi errori. Uno, che il Prete Greco confirmava subito i suoi battezati, e poscia il Vescovo Latino suffraganeo gli crismava di nuovo. Il secondo, il medesimo Vescovo Latino ordinava i Greci ne' minori, e poscia gli rimetteva in Roma per gli sacri Ordini al Vescovo Greco. Nelle Diocesi proprie dello stesso Metropolita dal Predecessore (non si sa con qual prudenza) morto il Prete Greco, se ne estinse il Rito, conferendo là Parrocchia al Prete Latino, e quel tempo della estinzione di quel venerabile, e sagratissimo Rito, fino a' tempi di chi scrive, i Parrocchiani Greci sono in errori grandissimi, come frà gli altri: I. Non vogliono in casa sagre Imagini, nè Crocifissi di rilievo. II. Gli Sposi ritornando dalla Chiesa, solennizato il Matrimonio* Ritu latino, *alla porta della casa praticavano alcune ridicole cerimonie.*

Il

Il medesimo Arcivescovo nelle sue prime Visite stentò molto per eliminare simili corruttèle, massime la prima del primo numero. Onde volendo Monsignor Arcivescovo di Corfù pubblicare il suddetto Opuscolo colla stampa di quella Metropoli, per onorare chi regge quel Pastorale, potrebbe prendere il motivo, che lo hà voluto ivi stampare, avendo saputo, che in quella Provincia vi siano ancor oggi Diocesani di Rito Greco. Ciò si è però scritto per pura notizia, rimettendosi &c. Mei illius libelli, & Beneventani pariter itineris mentionem feci in Epistola Nuncupatoria Tomi I. Reginaldi Poli Epistolarum inscripta Card. Ursino, Benedicti XIII. Abnepoti, eumque ibidem hisce alloquor verbis, *Partem horum* (beneficiorum, quæ largissime Pontifex ille in me contulit) *ac veluti proludium Ipsemet oculis tuis perspicere valuisti, dum septemdecim abhinc annis Beneventi ambo essemus; Tu quidem eo deductus ab eximio parente tuo, ut Sanctitas Sua in adeo tenero inclytæ suæ stirpis germine magnæ indolis vestigia agnosceret; ego vero Eandem in Beneventano illo itinere sequutus, Augustissimis Ejus auspiciis libellum, quem etiam Græcis in ea regione degentibus utilem reputarat, urbis illius typis publicavi.*

Paschalis solemnitatis hebdomada ad finem vergente, statui Neapolim me conferre, ibique præstolari nuncium profe-

ctionis

ctionis Casinum versus a Pontifice quantocius suscipiendæ. Ea occasione ad Monasterium, Montis Virginis dictum, pertransii, ibique, humane ab Cœnobitis ejusdem Ordinis exceptus, pernoctavi. Neapoli mansi per tres, aut quatuor dies, consuetudine Vincentii Alamanni, Ablegati Pontificii, mihique, ut suo loco dixi, amicissimi, sine ulla intermissione usus. Ut vero nunciatum nobis fuit, nihil jam esse, quod Casinense Pontificis iter moraretur, Capuam absque mora contendimus, paucisque tantum momentis antevertimus ejusdem ad eam civitatem adventum. Capua adita, statuit Pontifex benigne invisere Card. Nicolaum Caracciolum, loci Antistitem, quippe qui æger decumberet lectulo. Hunc itaque statim relinquendum sibi putavit de tanto honore præmonitus Cardinalis, & ad illius oras, genibus flexis, rubrisque indutus vestibus consistere, Pontifice in cubiculum suum ingrediente. Ingressus autem Pontifex, veluti excandescens adversus poplites, & vestes Cardinalis, seu adversus legem eidem constitutam, & ab eo violatam, statim pedem ab eo cubiculo removit, verba ista proferendo, *Il Signor Cardinale non vuole la nostra visita, onde ritiriamoci.* Stetit igitur Pontifex in proximo cubiculo aliquantulum, unoque ex Capellanis suis advocato Completorium recitavit. Edoctus autem paulo post, Caraccio-

racciolum se rursus cubili suo reddidisse, tunc ad eum libero pede accessit, & per horæ spatium cum ipso sermocinatus est. Narravit mihi idem Cardinalis, solitum se esse, quoniam calculo tantum laborabat, in lecto jacere, collo clericali tænia revincto, & nigra toga corpore ad imos talos cooperto; at ea quoque Ecclesiastica insignia a se amoveri imperasse, ne eorundem aspectu Pontifex, dum ipsius cubiculum vice illa altera intraret, æque ac antea iras conciperet. Adfuere Capuæ, præter Nuncium Alamannum, bini Cardinales, Althann, Prorex Neapolitanus, & Innicus Caracciolus, Antistes Aversanus.

Capua Pontifex assueto suo comitatu stipatus Casinum adiit, ibique solemnem ejus Templi consecrationem perfecit. Una cum Pontifice quatuor ad eandem adhibiti fuimus Antistites, hoc ordine juxta dignitatis, & temporis prærogativam, ego Archiepiscopus Corcyrensis, Fini Archiepiscopus Damascenus, Mariconda Episcopus Triventinus, Pezangherus Episcopus Imeriensis. Atque ut hujus cærimoniæ memoria in ea etiam tabula ærea servaretur, qua Benedicti XIII. gesta comprehenderam, augendam curavi eandem proximo anno 1728. Templi illius Casinensis ichnographia, apposito ad istam Disticho, quod hic recito,

Quam

Quam Pater Anicius quondam fundavit, eadem
Debuit HIC genitus ſtirpe ſacrare PATER.

Tribus, aut quatuor diebus moratus eſt Pontifex Caſini. Horis Canonicis in Choro decantatis aſſiduus intererat, & frequens etiam Monaſtico Refectorio, pactus cum loci Abbate Gadaleta, ut nil aliud ſibi, aliisque, niſi *de communi obſonio* appararetur. Cardinalis de Althann, Alamannus Nuncius, Farſettus Archiepiſcopus eidem menſæ aſſidebant, & quatuor ii Præſules, quos jam jam nominavi; ex Prælatis vero Regularibus præter Gadaletam, Tanſius, Procurator Generalis Congregationis Caſinenſis, & Porzia, Abbas S. Pauli. Hisce omnibus inſpectantibus, & ocellis forte transverſis, haud raro Pontificia erga me benignitas emicuit; præſertim dum ſemel a reliqua turba, quæ ipſum ad Divina Officia in Choro perſolvenda ſociabat, me ſegregans, ſecum deduxit remotis arbitris ad ſubterraneum ejusdem Chori locum, & ibidem ſuum ad latus juſſit conſidere, ut Orationem, quam habiturus erat craſtino die inter Conſecrationis Eccleſiæ ſolemnia, mihi recitaret. Graphium (vulgo Lapis) manu gerens eam lectionem perfecit, omnino paratus, verba, quæ minime probarem, incredibili facilitate lituris abducere. Memini veteris Scriptoris locum quemdam, inter collaudandam Monaſticæ vitæ felicitatem ibidem cita-

citatum, videlicet, *Ipsi soli bona sua non norunt*, aures meas parumper offendisse, quod injuria aliqua Monachos eam Orationem audituros afficere posse videretur, moxque Pontificem suo illo stilo eundem obliterasse. Præsules, & Monachos, quotquot Aristarchi munus illud me gerentem de proximo attente conspiciebant, parum (nonnullos saltem) eo spectaculo delectatos fuisse, facile sibi quisquis persuadebit; in primis postquam norit ad Pontificiam eam lectionem, seu sponte sua, seu alieno impulsu non una tantum vice irruentem quodammodo Abbatem Gadaletam Pontificem monuisse, tempus jam adesse Divina Officia inchoandi.

Antequam comprehensas hoc Capite Beneventani mei itineris narrationes concludam, Lectorem moneo, nullo fundamento niti, quæ in Tomo V. libri Gallici *Histoire des Papes*, impressi Hagæ Comitum an. 1734. narrantur p. 557. his verbis, *M. Quirini Archevêque de Corfù dressa une Relation de la Consecration de l'Eglise de S. Philippe de Neri, & des autres Actions de Sa Sainteté à Benevent. Par cette Relation il paroit, que le Pape distribua plus de vingt mille Ducats à plusieurs Eglises, & Communautés pour des besoins pressans, & qu'il opera trois miracles certains. 1. Sa Saint. delivra une Fille possedée du Demon. 2. Elle rendit la vüe*

vûe à un Garçon de 12. ans. 3. Elle procura à un Enfant de 5. ans, qui estoit muet, & estropié d'une main, & d'une jambe, la faculté de parler, & de marcher. Je les raporte sur la foi de ce bon Archevêque. Addam ego, *Sur ma foi rien de plus faux, que tout celà.* Rerum a Benedicto XIII. Beneventi gestarum non aliam narrationem texui, quam hoc ipso Capite expositam. Quod autem in ipsa tradidi p. 248. Pontificem Sermonem de Maria Virgine habuisse Sabbato Sancto, ut distinctius hoc loco explicetur, sciat Lector, ipsum Sermonem eo die non ex Pergamo haberi potuisse ob festivos populi ululatus, Pontificis vocem exaudiri, quamvis ipse eandem intendere conaretur, omnino vetantes, sed in Sacrario foribus clausis recitare eundem benignissime Pontificem dignatum fuisse coram Præsulibus, quotquot aderamus, & coram Canonicis quoque, aliisque Presbyteris, & Clericis. Vix credi potest, quantum aversaretur Benedictus XIII. eos ululatus, etsi nosset, ex gregis erga proprium Pastorem pietate, Christianæque fidei erga supremum Ecclesiæ Hierarcham ardore proficisci, adeo ut ad me, quod ipsos aliquando collaudassem, conversus, ita loquutus fuerit; *Avrà anche lei qualche diffetto, giacchè,* „beatus qui „minimis urgetur„ *e così Noi non vi è caso, che possiamo superare il nostro natural con soffrire questa sorte di schiamazzi.*

CAPUT XVI.

De Roma repetita initio Junii an. MDCCXXVII. de conatibus iterum adhibitis gratia Præsulis Brixiensis, hujusque morte disturbatis; de electo in sede illa Successore, hocque una simul Consultoribus Rom. Inq. adscripto; de reconciliato ejus opera Pontificis animo Oratori Veneto; de Historiæ Petri Comestoris editione per eundem suscepta; ac tandem de hujus ad Cardinalatum promotione die 26. Novemb. anni ejusdem.

UT primo Romam regressus sum mensis Junii initio, maxime anxium se mihi prodidit Capellus Legatus a me percipiendi, num vera essent, quæ Romæ spargebantur, adactum fuisse me Benevento discedere, quod ita imperasset mihi Pontifex, adactus & ipse ex inita adversus me conspiratione tam a Beneventanis ejusdem familiaribus, quam a Card. Cienfuegos, Cæsareo in Romana Curia Administro; ab hoc quidem, quandoquidem magnopere veritus fuerat, ne diutius Pontificio lateri adhærens, Cardin. Polignachii, seu Galliæ rationibus impensius faverem; ab illis vero, quoniam admodum ægre ferrent, me magis, magisque quotidie benevolentiam Pontificis colligere, præ qua ipsi quodammodo concidisse e pristino statu viderentur. Rumorem mei hujus infortunii Romæ fuisse disseminatum, jam mihi Neapoli, relicto Benevento, degenti,

genti, significaverat per literas idem Legatus, amantissimeque opem omnem, quæ ab ipso, ut rebus meis succurreret, præstari posset, fuerat pollicitus. Affirmavi ego, infortunium illud temere omnino, seu e nihilo procreatum fuisse; subdidique miratum me vehementer esse, tantam rei omnino falsæ ipsum fidem adhibuisse, dum literas illas ad me dedit, at multo adhuc vehementius mirari, quod eadem credulitate caperetur, postquam comperta ei esse possent insignia amoris documenta, quibus me Pontifex in Casinensi Cœnobio publice honestaverat. Hæc audiens Legatus, semel, iterumque testatus est se plurimum lætari. Ego tamen suspiciose cogitans, gaudium illud vultu ab eo simulari existimavi, at corde altum forte dolorem premi, quod in spem aliquam se erexisset, ex mea illa calamitate proficisci facile posse Brixiani Antistitis commoda, flagrantissime, ut sæpius dixi, jugiterque a se expetita.

Revera, paulo post sermonem illum mecum habitum, me conveniens idem Legatus, præbuit mihi legendum folium aliquod, quo prærogativas, & merita Mauroceni Brixiens. Episcopi descripserat, petiitque a me, num ægre laturus forem, illud Pontificis oculis exhiberi; nam id benigne professus est se minime facturum me invito. Gratias primum egi hujus humanitati, deinde eodem perlecto paratissimum

me præbui omnibus, quæ in illo continebantur, mea subscriptione firmandis, quoniam apertissima veritate singula nitebantur. Quis enim, subdidi, in dubium revocare valeat, Maurocenum splendida ortum familia, inclyti Venetiarum Ducis Nepotem, deserta rubra toga, qua indutus inter Principis Consiliarios prima Veneti Senatus subsellia occupabat, eandem cum Monastica commutaturum demigrasse Ravennam, consanguineis, & reliquis civibus omnino insciis, ibique in Monasterio S. Vitalis Benedictinæ regulæ se se subjecisse? Quis negare audeat, Maurocenum in novo illo vitæ instituto sectando cunctis iis partibus, quas ipsum deposcebat, exacte satisfecisse; eundemque Tarvisinis Infulis ornatum eam Ecclesiam summa cum laude administrasse, ac tandem ad Brixianam translatum optimi Pastoris officio egregie fungi? Hæc me dicentem intelligens Capellus maximopere gavisus est, risitque, dum addidi, eundem Consobrinum meum jocando unum mihi decus invidere solitum fuisse, Abbatialem scilicet gradum, quem inter Monachos obtinueram, antequam Episcopatum assequerer, dum ipse solo titulo *di Molto Reverendo* ornatus ad Episcopatum Tarvisinum ascendisset, indeque, ajebat ille, accidisse, ut eo potitus, quum interrogari se sensisset a Curiæ suæ Cancellario, num titulum *di Vostr' Eccellenza*, qui sub Sanuto Decessore suo invaluerat,

luerat, accipere & ipse quoque maluisset, potius quam consuetum *d'Illmo e Rmo* Prælatis deferri solitum, huic, inquam, interrogationi nihil hæsitando respondisse, *L'Illmo e Rmo mi pare un zucchero dopo il Molto Reverendo, da cui son uscito*. Hunc ego jocum Capello retuli ad commendandam, vel in hac re levis momenti, Mauroceni Præsulis modestiam, atque sapientiam. Adiit ergo Capellus Pontificem, ejusque oculis folium, de quo agitur, supposuit. Eo perlecto a Pontifice, narravit mihi Capellus, hoc se responsum ab eodem retulisse, *Sig. Ambasciadore, altra volta ci hà presentato un simile foglio de' requisiti di Monsig. Vescovo di Brescia. Dica il vero, ella si è presa ombra dell' Arcivescovo di Corfù, mentre non sarà à lei incognito il commercio continuo, che ci troviamo aver con l'istesso di ambasciate, di biglietti, di udienze*. Ad quæ retulit mihi idem Capellus se ista reposuisse, *Non vi può esser, Padre Santo, ombra di contesa, e di emulazione frà i due Cugini, mentre posso assicurar V. S. che teneri ssimamente si amano*.

Verum enimvero cogitata ista omnia, & incœpta Capelli prorsus evertit Mauroceni Antistitis obitus, qui desinente mense Junio supervenit. Perlatus fuit Romam hujusmodi nuncius die altero Julii, quo Pontifex ad Ecclesiam Dominicanorum S. Mariæ super Minervam accesserat, Visitationis Deiparæ Missam legendi causa. Ea absoluta,

P. Magifter Zuanelli Pontifici proximior factus, obitum illum eidem fignificavit, & tanquam rem omnino certam, quod Patavio literas accepiffet de juftis funebribus Epifcopo Brixienfi jam folutis. Mox Pontifex edixit, ut mihi absque mora transmitteretur Scheda, Epifcopis recens renunciatis transmitti folita, unde fcilicet docerer de Ecclefia Brixienfi mihi contradita. Scheda illa accepta advolavi ad Capellum uno temporis momento, degebamus enim fub eodem tecto, nempe in Venetæ Reip. Ædibus, ad quas incolendas, gratiofe id indulgente Cardinali Petro Priolo Titulari S. Marci, diverteram ab octo jam menfibus, poftquam fcilicet fuas deferendi facultatem mihi feciffet amantiffimus mei hofpes Rezzonicus. Legatus lecta ex Scheda, pro ingenii acumine, quo præditus erat, vifus fibi eft fe poffe magna cum verofimilitudine augurari, delatas mihi fuiffe a Pontifice eas Infulas, ut ingenti honore auctus Romam relinquerem, eaque ratione fefe ille explicaret ab iis curis, quibus fieri non poffet, quin aliquo modo angeretur, præfertim ob Affefforis S. Officii munus, quod mihi deftinaverat, quodque cito vacaturum putabatur. Etenim ne illud affequerer, manibus, pedibusque obfiftebant nonnulli ejus Congregationis Cardinales, inter cætera caufantes, in Archivo ejusdem Congreg. Scripta quamplurima ad Pauli Sarpii res fpectan-

ſpectantia contineri, quorum proinde non adeo decebat cuſtodiam concredi Veneto Præſuli. Iidem ad hanc etiam calliditatem, ſeu ſolertiam confugerunt, propalandi nimirum, Dominicanos functos olim ſimul fuiſſe gradu Commiſſarii, & Aſſeſſoris S. Officii; at poſtea, quod animadverſum foret, gradum Aſſeſſoris parum convenire Regularibus, quippe qui judiciarium munus involveret, eundem ab officio Commiſſarii diſſociatum ad Præſules Sæculares defluxiſſe. Si vero, addebant illi, eo ipſo rurſus donandus foret Præſul aliquis ex Regularibus Ordinibus, ut cæteris hisce præferretur Ordo Prædicatorum, tunc juſtitiam omnino depoſcere.

At incaſſum hæc omnia. Poſt paucos enim dies Pontifex, ut firmiſſimam ſuam benemerendi de me hac etiam in re, quemadmodum ante conſtituerat, voluntatem ſole meridiano clariorem efficeret, munere Conſultoris S. Officii me ornare dignatus eſt, unde nemo ſuſpicari amplius poſſet, collatum mihi fuiſſe Epiſcopatum Brixienſem, ut Roma proficiſcerer mea ſorte contentus. Nuncius ejus muneris mihi collati tunc ſolum publice innoteſcere cœpit, quum in Conſiſtorio ab Epiſcopatu Corcyrenſi translatus fuiſſem ad Brixienſem, res enim abſona, & inficeta Pontifici videbatur, ut mihi ipſe aliquando dixerat, Archiepiſcopum transmarinum S. Romanæ Inqui-

ſitionis Conſultorem proclamari. Exorta inde eſt haud levis controverſia ; nam Cardinalis Prodatarius privilegium , quo Conſultores S. Officii fruebantur, nimirum ſolvendæ dumtaxat portionis alicujus Expeditionum Apoſtolicarum , ad me ſpectare non poſſe contendebat , quod antea renunciatus fuiſſem in Conſiſtorio Epiſcopus Brixiæ, quam electus Conſultor S. Officii. Solvit nodum illum Pontifex aſſueta ſua benignitate , ſiquidem meas ad manus transmiſit Schedam conſcriptam a Præſule Lercario, qui in officio a Secretis Status Cardinali Pauluccio ſucceſſerat , qua ſcilicet declarabatur , Sanctitatem Suam inter Conſultores S. Officii me adſciviſſe , & publicaſſe etiam, quatenus opus foret, priusquam ad Conſiſtorium illud accederet. Ei Epiſtolio papyri fruſtulum adjunctum inveni , ubi Pontifex ex jucundo balneo , quo valetudinis cauſa ſe merſerat , vix egreſſus , hilarula manu verba iſta conſcripſerat , *Anche ſenza aver fatta in Roma la ſua vita ſi può ſaper di barcamenare , come vedrà dall' unita Monſig. Arciveſcovo .*

Accidit interea , ut Capellus Legatus opera mea haud mediocriter rurſus indigeret ad ſedandum Pontificis animum, in cujus offenſionem inciderat ille ob conatus , quos intenderat , ne ſucceſſor in Corcyrenſi Archiepiſcopatu mihi daretur inquiſitor generalis Bononiæ, P. Vincentius Maria Mazzolenus, Ord.

Ord. Prædic. Venetus quidem, at Patritii dignitate destitutus. Hac fuisse Decessores meos quamplurimos serie non interrupta usque ad mea tempora, commonueram eundem Capellum. Hic propterea rem gratam Senatui se facturum putavit, si totis viribus obsisteret, ne ad eam Sedem Mazzolenus ascenderet. Die 22. Julii, quo solemniter anniversaria funera Cleméntis X. in Æde S. Petri celebranda erant, vix ingressus ego eandem Ædem, ut illis interessem, obvios habui non unum, & alterum, sed quatuor, & quinque Pontificis familiares, qui mihi nunciarunt, eundem jussisse, ut eo adveniens, statim certior fierem habere ipsum, de quo mecum colloqueretur. Ejus igitur conspectui me exhibui, dum post adoratam Eucharistiam ad aram majorem procederet, hisque me verbis e vestigio aggressus est, *Mi saprebbe mai dire, Monsignor Arcivescovo, perchè il Sig. Ambasciadore si sia messo à perseguitare il mio Ordine, mentre non vuole, ch' uno de' suoi qualificati, e dotti Soggetti possa ricevere la Mitra di Corfù?* Prosequutus deinde est hujusmodi conquestionem, donec ad Cathedræ Pontificalis locum pervenit, tuncque his me verbis dimisit, *Mi raccomando à lei, Monsig. Arcivescovo, spieghi il mio risentimento al Sig. Ambasciadore, mà si ricordi di far ciò* audacter, *con soggiungergli, che sapremo far informare dal Nostro Nunzio il Senato del grave torto, che dal suo*

 Mini-

Ministro vien fatto al nostro sagro Ordine. Vix credidi me e tempestate illa omnino incolumem evasurum; verebar enim maximopere, ne eadem in me recideret, quandoquidem me quodammodo authore, seu impulsore consilium cepisset Capellus e Mazzoleni capite Corcyrenses Insulas deturbandi. Ut autem Capellus intellexit eam Pontificis indignationem, timuit valde, ne ex illa molesti quidpiam sibi Venetiis progigneretur, siquidem absque Senatus sui authoritate Pontifici in eo negotio adversari suscepisset. Itaque me rogavit, ut Pontificium pectus mulcerem. Res ex voto successit. Dum tamen de eadem cum Pontifice sermonem conferrem, haud prætermisi ipsi insinuare, e re valde futurum, si Venetum aliquem Patritium sui Ordinis nancisci potuisset, qui Corcyrensi Pedo donaretur. Tunc Pontifex nominavit mihi Patrem Balbum, arctissima sibi amicitia conjunctum, dum ambo degerent in Cœnobio S. Dominici de Castello, eumque Patritii dignitate conspicuum. Plura insuper de eodem mihi retulit, unde aperte cognovi, hunc, nisi fatis jam cessisset, multo majores gradus, quam Corcyrenses Insulas a Pontificia beneficentia assequuturum fore. Ejusdem Cœnobii quod alumnus foret Vincentius Maria Mazzolenus, hæc etiam, præter ejus doctrinam, causa fuit, qua adductus Pontifex easdem Insulas ei, potius quam Veneto Patri-

Patritio, detulisset. Profecto gratam, quam servabat sui illius Cœnobii memoriam pluribus documentis testari nunquam destitit Benedictus XIII. sive Cardinalis, sive Pontifex.

Vix me Brixianis Infulis, & una simul Consultoris S. Officii gradu auxerat Pontifex, quum desiderium suum mihi exposuit, ut Venetis typis rursus cuderetur Petri Comestoris Historia Scholastica, addito Indice locupletissimo, seu potius Alphabetica ejusdem Historiæ Synopsi, quam paulo ante adornaverat, Romæque imprimendam curaverat P. Angelus Maria a Cruce, Ord. Clericorum, qui vocantur Scholarum Piarum. Votis, seu jussis Pontificis libentissime obsequutus, curam suscepi, ut per Antonium Bortolum, Typographum Venetum, nova ea Editio perficeretur. Præcesserat jam Beneventana a triginta ferme annis, eandemque hisce verbis commendaverat idem Pontifex in XVIII. Synodo sua Diœcesana tit. 2. hisce verbis, *Mandamus, ut de libro hujusmodi* (sacro Bibliorum Codice) *vel eo saltem veteris, novique Testamenti narrationem complectente, a celeberrimo Scholasticæ Historiæ Magistro Petro Comestore clarissimis, ac sapientissimis interpretationibus explicatam, qui modo in nostra Civitate ex antiqua, & mendosa impressione, novis, & purgatis typis in lucem prodiit, singuli supradicti, ac Clerici omnes, ad Superiores Ordines alias non promoven-*

movendi, infra mensem omnino provideantur. Acceptum autem ne seponant: verum ad Ezechielis instar, lectioni illius attendentes, volumen illud, quod a Deo est, inexplebili aviditate comedant. Prodiit autem Veneta an. MDCCXXIX. quo ipso quum Benedictus XIII. Beneventum iterum concessisset, tempus illud valde opportunum arbitratus sum eandem publicandi, & quidem cum Epigraphe ista:

Reverendissimis & Sanctissimis Patribus
Præside Metropolita
VINCENTIO MARIA
URSINO
Ord. Præd.
Pont. Opt. Max.
In Beneventanæ Provinciæ Synodo Congregatis
Petrus Comestor
Se Sistit
Ut qui olim ejusdem Sapientissimi Metropolitæ cura
E Gothicorum caracterum tenebris ereptus
Priorem Beneventi vitam recepit,
Nova nunc Venetorum typorum luce clarescens
Faustis Patrum acclamationibus
Excipiatur.

Antequam Venetiis Historiæ illius impressio absolveretur, vulgandæ mihi Romæ fuerunt binæ Pastorales Epistolæ, quarum una Corcyrensi Sponsæ meæ valedicerem, altera Brixianam alloquens de junctis mihi cum ea nuptiis gratularer. Ambarum exordium statim recito. Primæ hujusmodi est:

AUDI-

AUDITE INSULÆ, ET ATTENDITE POPULI DE LONGE: DOMINUS VOCAVIT ME. *Quo jure ea verba usurpem, dum vos, Venerabiles Fratres, Dilectissimi Filii, postremum alloquor, facile unusquisque vestrum intelligit, si forte rumor de Ecclesiæ Brixiensis præfectura mihi destinata jam, ut reor, huc usque pervenit. Etenim vos scitis a prima die, qua ingressus sum in Insulam istam, quo Vos amore, sicut Pater filios suos, complexus fuerim in visceribus Jesu Christi: quam frequenter, quam sancte contestatus fuerim, me nullo prorsus desiderio illustrioris Sedis ullo unquam tempore assequendæ solicitatum, id unum maxime optare, ut Vobiscum usque ad extremum vitæ spiritum permanerem, cursum meum istic consummans, & ministerium Verbi, quod acceperam. Hoc idem propositum, hos ipsos animi sensus, Romam ad visitanda Apostolorum limina profectus, hujus Aulæ Primoribus, Ipsique Supremo Pontifici, sæpe & sæpius, ut occasio tulit, patefeci; adeo ut quamplures mirarentur, me Corcyrensi Domicilii incommoda, quæ admodum solicitos Decessores meos, plerosque omnes, ut eorum questus ad Romanam Sedem identidem perlati commonstrarunt, habere consueverunt, nihil omnino causari: quin prospera cuncta nunciare, atque fateri illa magis mihi venire ad profectum Evangelii. Itaque, Carissimi Filii, ad Vos, transmarinum populum, de longe, atque ad Insulas vestras conversus, merito propheticum illud ingemino:* DOMINUS VOCAVIT

VIT ME. *Dominus ſiquidem ſæpiſſime vocans ea, quæ ſunt, tamquam ea, quæ non ſunt, neque humanis propoſitis ſuæ conſilia voluntatis accommodans, incomprehenſibili ſuo judicio effecit, ut quo majori cum tranquillitate, & gaudio Corcyrenſem Cathedram obtinere profitebar, ac proinde inſolubili penitus vinculo, me Vobiſcum conſociatum iri putabam, eo citius, & veluti repente invicem divelleremur, &c.* Altera autem Epiſtola ad Brixianos ita incipit, *Divinam ſcientiam humana omnia quaquaverſum perluſtrantem, atque moderantem Regius Propheta admirans, ac celebrans Pſalmo centeſimo trigeſimo octavo:* SI SUMSERO (*inquit*) PENNAS MEAS DILUCULO, ET HABITAVERO IN EXTREMIS MARIS, ILLUC DEDUCET ME MANUS TUA, ET TENEBIT ME DEXTRA TUA. *Pennis & ipſe quodammodo aſſumtis extra Italiæ fines evolaveram, habitabamque, ut noſtis, Dilectiſſimi, in eo maris receſſu, quo Adriaticum Ionio conjungitur, puſilli admodum gregis paſtor, ac mea ſorte penitus contentus, quemadmodum in animam meam teſtor eum ipſum, qui, ut in eodem Pſalmo legitur, ſemitas noſtras inveſtigat, & noſtras de longe cogitationes intelligit. Quumque proinde nil minus quam de permutanda Sede cogitarem, ea ipſa Omnipotentis dextra, quæ me in Corcyrenſi Inſula tenuerat, paucis ab hinc diebus Brixienſis Diœceſis, omnium Italicarum Diœceſum ampliſſimæ, poſt Mediolanenſem (quam Metropolim ſuam veneratur) Antiſtitem conſtituit. Abſit vero mihi*

in

in ea amplitudine gloriari, absit ex multiplicata gente magnificatam etiam lætitiam fateri; quum e contra vehementer mihi formidandum videam, ne, qui in altitudinem maris veni, & tempestas non demersit me, aquis illis multis, quibus populi multi designantur, obruar, atque demergar. Quominus vero animum omnino despondeam, in primis divina in causa est misericordia, quæ mihi quemadmodum in Corcyrensis Ecclesiæ regimine affuit, prava in recta, & aspera in vias planas convertens, ita &c. Affulsisse autem mihi in Ecclesia Corcyrensi Divinam misericordiam, quo testimonio dignata sit comprobare Sacra Trident. Concilii Interpres Congregatio, edocebit initium Literarum, quas ista mihi dederat die 22. Mart. 1727. *Magno sane bono Latinæ Corcyrensis Ecclesiæ contigisse putat Sac. Congregatio legum Tridentinarum vindex, quod eidem Amplitudo tua moderandæ præfecta fuerit. Plura siquidem in te conveniunt, quæ ipsius dignitatem, utilitatemque facile tueri possunt. Nam præter illa, quæ tamen præcipua sunt, pastoralem solicitudinem, vigilantiam, doctrinam, industriam, prudentiam, accedunt alia, quæ hujusmodi exercendis virtutibus iter sternunt, ac muniunt. Splendes ipse Familiæ decore, unde a Magistratibus, militiæque Ducibus existimatio, a Civibus reverentia conciliatur; Græcæ linguæ peritia, quæ plurimum confert ad ejus alliciendam gentis benevolentiam; morum suavitate, qua plerumque flectuntur*

ctuntur animi, legumque ſeveritas, ne moleſtiam exhibeant, emollitur. Hæc feliciſſimo nexu in te conjuncta, non otio langueſcere, ſed in tui Gregis emolumentum ſedulo ſtudio vertere voluiſti. Quantum vero iſthinc emerſerit bonæ frugis, luculenter Sac. Congregatio ex his literis cognovit, quas de rebus apud vos ſacris ad ſe dediſti, &c.

Brixiæ Epiſcopus renunciatus, percontari paulo poſt cœpi a P. Piccinello Ord. Prædic. qui patria Brixienſis Romæ eo tempore degebat, Socius, ut bene memini, Patris Commiſſarii S. Officii, quinam foret tam Collegii S. Antonii, quam novæ Cathedralis ſtatus; nec enim eandem Urbem unquam reviſeram, poſtquam ipſam ante triginta annos deſeruiſſem. Accepi autem ab eodem Patre de utroque illo argumento, quæ haud levem moleſtiam animo meo procrearunt, nimirum & Collegium, & Templum illud adeo ſublapſa eſſe poſt mea illa tempora, ut parum abeſſent ab occaſu. Numerus Convictorum ejus Collegii, dum iisdem ego accenſerer, paulo minus ad ducentos aſcenderat; plateam autem novi Templi tot prægrandium ſaxorum molibus oppletam, dum ad ſacras conciones in veteri Cathedrali accederemus, conſpexeram, ut cito illud ſublimi vertice ſydera ferire poſſe videretur. At narravit mihi Piccinellus, moles illa ſub aperto cœlo, ceu Templi confectioni mini-

minime deſtinatas, miſere jacere; numerum autem Convictorum S. Antonii vix, aut ne vix quidem viceſimum ſuperare. Dolui maximopere hæc intelligens, ſtatimque animo meo conſtitui, ut, quum primo Brixiæ adeſſem, nihil intentatum omitterem, quo lapſis illis rebus ſuccurrerem. Advolabant interea meas ad manus Brixianorum Poetarum carmina Latina, & Italica, unde magis, magisque exſtimularer ad Templi illius conſtructionem omni niſu curandam. Ex Latinis occurrunt modo memoriæ meæ verſus iſti,

Brixia magnificæ fundamina jecerat Ædis
Et ſolido ſtructum marmore ſtabat opus,
Stabat opus, ſeu operis tantum primordia cœpti
Languebant longo jam labefacta ſitu;
Namque videbatur lento molimine centum
Ultra annos paries jam novus, atque vetus &c.

Ex Italicis autem qui ſequuntur,

Queſta gran mole, che la fronte altera
Non erge ancor, benchè vetuſta, e annoſa,
A Te volge, Signor, meſta, e pietoſa
Il lagrimevol guardo, e in Te ſol ſpera.
Vedi come negletta è ancor qual' era;
Vedi, che in grembo al muto obblìo ſi poſa,
E sì vinta è dal duol, che neppur oſa
In tuono umil à Te drizzar preghiera. &c.

Ad opem vero quantam poſſem ferendam, ut Collegium S. Antonii in priſtinam digni-

tatem reſtitueretur, haud parum exſtimulari me ſenſi, poſtquam reſcivi ſuperſtitem ibi degere P. Herculanum, Academicisque exercitationibus præeſſe, quo ipſo munere meis quoque temporibus fungebatur. Ad easdem frequenter adhiberi me ſolitum fuiſſe, prima ipſum hujus Commentarii pagina retuli; nunc vero in mentem venit, eundem Patrem ſingulari plauſu dignos reputaſſe verſus quosdam, quos puerulus decem tantum, ſeu undecim annos natus confeceram adverſus vetulam quandam mulierem, cui nomen Magdalena. Hæc, dum Conclavis, quod vocabatur, *la Camerata dei Piccoli*, curam illam gereret, quam ætatula noſtra depoſcebat, auſa fuerat Gallinam, cui alendæ me dederam, cujusque magno amore capiebar, interimere. Ulturus itaque tantum facinus, eandem feminam, ceu Megæram, Elegia inſectari ſuſcepi, ipſam criminatus ad illud perpetrandum deſcendiſſe, quod Gallinæ plures, quarum illa domina foret, ea ovorum gignendorum fertilitate carerent, qua mea abundabat. Viget adhuc apud Collegii Patres memoria unius Diſtici ejusdem Elegiæ, quo Magdalenæ invidia, ſuarumque Gallinarum, præ mea, ſterilitas taxabatur, hujusmodi ſcilicet,

Nam mea pulchra nimis gignebat crebriter ova,
Quod Magdalenæ non faciebat ea.

Veni-

Veniam dabunt, ut spero, quotquot puerilia ista gravissimis argumentis interjecta reperiunt, dum animadvertant, illa ipsa a gravibus, ac sapientibus ejusdem Collegii moderatoribus promeruisse, quæ nuper hisce verbis declaravit Epistola mihi inscripta, Thesibusque de Deo Optimo Maximo publice in Templo illius Collegii disputatis præposita, *Non mirabor equidem, si moderatores illos tuos, viros sane graves, ac sapientes, non illaudabilis cupido incessit, ut cum talis jam esses, ac tantus futurus viderere, in eorum numerum, ac cœtum aliquando optareris; verum aliud in æternis Dei decretis erat, aliud publica Catholicæ Ecclesiæ commoda postulabant*. Postrema verba ista quis non diceret posita fuisse de industria, ut revocent me ad incœptæ narrationis filum, quod paulisper reliqueram?

Advenit demum peragendæ Cardinalium Promotionis tempus, ejus scilicet, qua Principum nominationi, seu precibus in more habent Pontifices gratificari. Jamque dies profestus, ut ita dicam, ejus solemnitatis accesserat, nec tamen ipse, etiam post solis occasum, quidquam resciveram de sorte, quæ mihi obtingere posset. Accedit, quod pridie illius diei post primam noctis horam ad me ingressus Barbonus Eques Maurocenus, qui Capellum in Legati munere nuperrime exceperat, mihi subtristis retulisset, per Cosciam eo ipso momento sibi nunciatum fuisse, pro re certa ab eodem haberi, Car-

dinalem Venetæ Reipublicæ gratia designandum non alium futurum, nisi P. Abbatem Porziam, quod ita facere Pontifex jamdiu statuisset; Assessoratum autem S. Officii Corcyrensi Archiepiscopo reservari, quod ita quoque mente sua Pontifex fixisset. At falsus omnino est in utroque eo negotio Cardinalis Coscia, etsi passim existimaretur, ipso inscio ne vel levem paleam, ut dici solet, a Pontifice moveri, præsertim in hujuscemodi rebus, majoris utique momenti. Itaque die 26. Novembris an. 1727. adscitus fui inter Cardinales, seu unus ex ipsis declaratus; nam ex novem, quos Pontifex die 9. Decembris anni proxime elapsi creaverat, duos tantum pronuncians, reliquos autem in pectore, ut dici solet, reservans, unum me fuisse, cui propterea inter eosdem locus deberetur, & quidem omnium princeps, quod reliquos Archiepiscopos ea promotione comprehensos, temporis prærogativa superarem, in Consistorio diei illius 26. Novembris de more solemniter edixit. Postero die ad Pontificem accessi, ex ejus manibus in privato cubiculo, ut fieri assolet, biretum accepturus; quumque eo mihi imposito verba aliquot profari cœpissem ad testandos eos animi mei sensus, quos cærimonia illa postulabat, repente illa Pontifex abrupit, atque ita loquutus est, *Non vogliamo da lei complimenti, mà lasci dir à Noi, e lasci che la ringraziamo per averci ella*

con

con le sue qualità posti in necessità di farla Cardinale; Cardinale la volevamo, e nella prima Promozione, qualunque questa fosse, o Nostra, o delle Corone. Adeo multa deinde de hoc argumento dicere ipse perrexit, ut, qui verba, ejus jussu, facile suppresseram, lacrymis nullo modo moderari potis fuerim. Ubertim hæ ipsæ ex oculis meis fluunt, dum ista scribo, eoque magis quod ex recitato paulo ante Clementis XI. elogio, quo videlicet præstantissimus iste Pontifex Cardinalem Vincentium Mariam Ursinum decoravit, animadvertere cogar, tot honores, tot beneficia, tot suavissimæ comitatis argumenta in me ex pectore illius profluxisse, quem, eodem Clemente XI. teste, unice, dum inter Cardinales foret, designare verba ista, universæ Romanæ Curiæ judicio, valerent, UN CARDINALE DOTTO, PIO, FORTE, ZELANTE, E CHE ABBIA APPRESSO TUTTI LA STIMA DI ESSERE VERAMENTE TALE.

Quare fateatur quisquis oportet, optimo jure æreæ tabellæ, cujus superius mentionem feci, affictam a me fuisse, & veluti ex elogio illo exscriptam, Epigraphem istam, URSINUM NOMINARE, VIRTUTEM IPSAM LAUDARE EST, URSINUM PINGERE, VIRTUTEM IPSAM DELINEARE EST.

Finis Primi Libri
Secundæ Partis.

MONITUM
AD LECTOREM.

IN Præfatione primi Voluminis, quod duobus Libris constat, affirmavi, duos pariter Libros præsens Volumen confecturos, quorum primus res meas spectantes ad postremos Clementis XI. annos, & ad integros Pontificatus Innocentii XIII. Benedicti XIII. & Clementis XII. complecteretur; alter vero BENEDICTI XIV. tempora unice attingeret. Attamen ex causis in Præfatione hujus Voluminis indicatis res aliter cessit, ac putaram; nam non duos, sed unum dumtaxat Librum Volumen istud comprehendit, nec ultra epocham mei Cardinalatus progreditur. Quare descriptionem tam duum annorum, & trium circiter mensium, quibus Benedictus XIII. supervixit post honorem illum mihi collatum, quam annos cunctos Pontificatus Clementis XII. ad tertium Volumen amandamus, & ad quartum BENEDICTI XIV. tempora usque ad Annum Sanctum, post quatuor ab hinc menses inchoandum. Lituram ergo promeretur Præfationis illius Articulus, paremque lemma appositum initio hujus Libri juxta ideam in eadem Præfatione declaratam. Litura insuper obducantur, oportet, verba, quibus pag. 235. hujus Voluminis spopondi, me ad ejusdem calcem allaturum Epistolam Cardinalis Fleurii, nam & ipsa ex temporis, quo scripta est, ratione ad Volumen proxime subsequens pertinebit.

NOI

* * * * * * * * * * * * * * * *
* * * * * * * * * * * * * * *

NOI RIFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la fede di revisione, ed approvazione del P. F. Giazinto Maria Marini, Inquisitor Generale del Sant' Offizio di Brescia, nel libro intitolato: *Commentarius Historicus de rebus pertinentibus ad Ang. Mar. Cardin. Quirinum*, non v'esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente, per attestato del Segretario Nostro, niente contro Prencipi, e buoni costumi, concediamo licenza à Gian-Maria Rizzardi Stampatore di Brescia, che possi esser stampato; osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite copie alle Publiche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li primo Giugno 1749.

(*Gio. Emo Proc. Rif.*

(*Barbon Morosini Cav. Proc. Rif.*

(*Marco Foscarini Cav. Proc. Rif.*

Registrato in Lib. a car. 5. al num. 51.

Michiel Angelo Marini Segret.